
EPICVREA



EDIDIT HERMANNVS VSENER

LIPSIAE
IN AEDIBVS B · G · TEVBNERI
A · MDCCCLXXXVII

FRANCISCO · BVECHELERO

SODALI · AMICO · CONLEGAE

HERMANNVS · VSENER

D · D · L · M

A · D · III · ID · MART · A · CIↃIↃCCCLXXXI

AVRVM · HERCLANENSI · QVI · SCIS · CARBONE · PARARE
PISONIS · COMITEM · QVI · DARE · DICTA · FACIS
HOC · TIBI · QVODCVMQVEST · MERITOQ · LVBENSQ · SACRAVI
QVOD · MONVMENTVM · ESSET · SVAVE · SODALICII
OLIM · DVMETVM EST · EPICVRI · FLORIDVS · HORTVS
VILLAQVE · CVMSTATVIS · DESPOLIATA · IACET
HERCVLE · MAIVS · ONVS · SVBIT · HAEC · PVRGARE · RVBETA
AC · TENEBRAS · SIQVIS · PELLERE · LVCE · VELIT
ME · SQVALLENTIS · AGELLI · ORAM · IVVAT · ADFECTASSE
ET · LAXASSE · ADITVS · TV · MODO · COEPTA · PROBES

Tibi, mi Buechelere, quod olim haec Epicurea utut sunt manibus emissa inscripsi, non id solum fateor mihi consilium fuisse, ut amicitiae quinque tunc lustris firmatae aliquod publice extaret monumentum, sed etiam ut in harenam, in qua egregia uirtutis specimina non semel edidisti, cui haud scio an nemo nunc magis quam tu idoneus sit, quasi gladiatorem spectatum te reducerem. tardius uota solui quam uellem. quod quibus rerum et casuum inpedimentis euenerit, neque tu nescis neque aliorum interest scire. nunc ueniam dabis, cum librum primo festinatum, deinde amplius quattuor annorum quasi obliuione quadam omissum tandem aliquando absolutum manibus tuis trado. quem uellem dignum esse nomine tuo.

Epicuro ut operam darem, non philosophiae Epicureae me admiratio commouit, sed ut accidit homini grammatico, librorum a Laertio Diogene seruatorum obscuritas et difficultas. quos cum iterum iterumque desperatos de manibus posuissem, ecce Maximilianus Bonnetus ante hos decem annos Hermanni Dielsii rogatu codices Laertii Parisienses perscrutatus specimen eorum adhibitis simul libris Italicis epistulae Epicuri primae lectionem proposuit in musei Rhenani t. XXXII (1877) p. 583 sqq. quod auxilium dum ego quantum lucis libro obscuro adferat experior, miratus simul et laetatus locis non paucis uidi interpolationis labe abstersa sententiam sanam et genuina scriptoris uerba enitescere. igitur intellegendi scriptoris et emendandi spes iam non eludebatur. quid multa? fata trahunt. quodcumque adgredieris, non possis partem recte administrare nisi totum amplexus. et hoc totum ut susciperem, copia mihi facta est officiosa amicorum liberalitate, C. Wachsmvthii

qui codicum Italicorum olim ab ipso diligentissime conlatorum lectionem utendam mihi impertiit, et M. BONNETI qui per decimum Laertii librum codices duos Parisienses qua solet cura mea caussa non rogatus excusserat. auxerunt praesidia GVSTAVVS MEYNCKIVS aliique codice Laurentiano antiquissimo conlato: firmarunt, ubicumque dubitatio mihi subnata erat, PETRVS CORSSENVS codice Borbonico, alii aliis denuo inspectis.

A libris Laertii Diogenis cum omne hoc studium pendeat, etiam praefanti nunc mihi proficiscendum est [1]. eorum pro fide ac probitate duo facile genera distinguuntur, non illa antiquitus propagata sed medio demum aeuo ex eodem fonte alterum diligentius, alterum neglegentius deriuata: id quod uetustissimorum utriusque ordinis testium (B et F) mirus saepe uel in minutiis consensus docet. ac praestantioris generis, ut codicem Vaticanum gr. 1302 s. XIII missum faciamus quippe inde a l. VI 66 mutum, duo exempla adhibenda erunt

B Borbonicum gr. 253 bybliothecae publicae Neapolitanae membranaceum saeculi XII, a C. Wachsmuthio conlatum, a P. Corsseno locis non paucis relectum. accurate de eo Erwinus Rohde rettulit in Nietzschii programmate Basiliensi a. 1870 *Beiträge zur quellenkunde und kritik des Laertius Diog.* p. 17 sq.

P eius quasi gemellus est codex Parisiensis 1759 chartaceus, antea numeris 921. 1014. 3130 notatus, olim, quod f. 251ᵛ subscribitur manu diuersa a Bonneto extricatum, Ἰωάννου τοῦ Ἀργυροπούλου, a Iano Lascari e Graecia aduectus, cum Nicolai Rodulphi cardinalis libris bybliothecae regiae sub Henrico IV inlatus; de quo uide quae M. Bonnetus narrauit mus. Rhen. t. XXXII p. 578 sq. scriptus saeculo XIV ineunte litteraturae genere conpendiis inpe-

1 codicum Laertianorum specimen iam Ingr. Bywaterus proposuit in Heracliti reliquiis p. 55 sqq., plenius in uita Aristotelis elegantissime seorsum edita Oxonii a. 1879; rettulit de eis post M. Bonnetum mus. Rhen. XXXII p. 578 sqq. C. Wachsmuthius in Corpusculo poesis epicae graecae ludibundae fasc. I p. 51—54.

dito postea manum correctricem expertus est, quae textum ad exemplar alterius generis refingeret non solum corrigendo sed etiam radendo, ut quid prima manus dederit nunc saepenumero aut plane incertum sit aut ualde dubium. qua re peropportune accidit quod in eadem bybliotheca alter codex adseruatur

Parisiensis gr. 1758, olim Fonteblandensis regis Q Francisci I ac numeris deinceps 920. 1008. 3131 notatus, chartaceus (Q), quem ex illo codice P, antequam a correctore retractatus esset [1], descriptum esse Bonnetus uerissime perspexit. is quoque saeculo XIV adscribitur, a Bonneto (mus. Rhen. XXXIV p. 487) saeculo XV exeunti, rectius ineunti uindicabitur. qui cum neque ita correctus sit ut pristina lectio dispici nequeat et praeter conpendia scribendi male intellecta codicis P lectionem primariam egregia cum fide siue stuporem mauis dicere reddat, hoc iam subsidio licet duplicem ex codice P fructum capere, ut simul alterum praestantioris generis exemplum (P^1) ex lectione non correcta P^1 et codice Q fidenter instauretur et alterius generis exemplum non spernendum (P^2) ex lectione correcta repetatur. P^2 sed codex P cum tam male habitus sit, facile intellegitur, quam sit difficile eius testimonium cum puluisculo exhaurire; quod fieri nequit nisi ceterorum librorum lectione probe cognita et adhibita. quattuor in eo manus, qui sillographorum in eo reliquias Wachsmuthii gratia excussit, Gundermannus distinxit, etiam plures qui nuper totum codicem

1 iam tunc cum Q describeretur, P multum lectitatus et correctus, etiam male habitus erat. schedae continentes commissura usu detrita non raro solutae erant, itaque opus fuerat, cum codex denuo ligaretur, charta adglutinata schedas solutas iterum coniungi. qua re accidit ut uerba aut uerborum partes charta obducta tegerentur. damnum postea corrector ita reparauit ut quae iam non apparerent in charta illa adglutinata adscriberet. sed antequam hoc factum est, ex eo codex Q descriptus est. itaque hunc librarium fugerunt quae sub charta latebant, ut p. 24, 5 et 7 τῶν 35, 6 altera pars uocis σύν[τομον, aliis locis fenestram, cum scriberet, relictam post ipse modo feliciter expleuit ut 27, 19 ἀπ[είρου 29, 12 πλείους 29, 17 νο[μίζειν, modo infeliciter ut 24, 6 νομίζομεν cum deberet νομιστέον.

Berolini qua opus erat sollicitudine contulit Hermannus Diels. de qua re, etsi quibusdam locis habeo cur dubitem, non meum est iudicare. sed Dielsius meus quoniam in Epicureis cum hac editione conlatis quidquid inuenit siue corrigendum siue addendum beneuole mecum communicauit, piaculum committerem, si librum sine hac dote emitterem, praesertim cum culpam meam ita expurgem. nam cum Bonnetus codices Parisinos cum editione Cobeti, Wachsmuthius Italicos cum Tauchnitiana contulisset eademque ego uterer, intentissimam curam fugere poterant talia maxime quae ex Bonneti silentio colligenda essent; id quoque accidit ut breuitatis nimis studiosus minus quam oportuit accurate referrem. cuius neglegentiae nemo est cuius ueniam inpensius expetam quam Bonnetus, cuius unica fide ac diligentia debebant haec mea digniora esse. haec igitur Dielsius scribit addenda aut corrigenda esse:

in epistula I p. 3, 14 τοσοῦτον P[2] (del. τὸ) ut f p. 4, 5 ἁπλὰ P ut corr F 6 τε τὸ] το τε ut uidetur P[1] p. 5, 4 μηθὲν ex μηδὲν corr P[1] 8 εἴτ' ὅτου P emendatum manu prima 14 σπερμάτων ex σπέρμα τῶν corr P[1] p. 6, 2 τοιου (τ/ superscr.) sic P ον adscripsit P[2] p. 8, 16 ἐνδοτέρω circumpunxit P[1] 3 δὲ P cum reliquis: δ' Q p. 9, 6 πορρωτάτω] πόρρω τούτω Q 10 ἐμπεδοστατῆσον marg P[2] 16 ἀπόροιαι P[1] p. 10, 10 δήποθ(εν) P: τε sscr P[2] p. 12, 18 προσβαλλόμενα] πρὸς δ βαλλόμ* (una littera erasa) P πρὸς ὃ βάλλο̊με̃ corr P[1] [uitium eo loco inde natum quod προβαλλ. cum superscripto ος correctum esset, o seruatum est tamquam relatiuum] p. 13, 6 [δό]ξαν cum rasura trium litterarum P[1] 14 διασώζοντ[ας] cum ras. P[1] p. 14, 7 ἧ τὸ P[2] ἢ τὸ P[1] cum FQ p. 16, 12 ὦσ*ιν cum litura accentus (ex ὤσειν?) P[1] p. 17, 9 ἀπτομεν sine accentu P[1] p. 19, 1 compendium illud in marg. syllabis γί i. e. γιον explicauit P[1] φοραὶ P (ι post erasum), Q 3 τοσοῦτο P[1] ut Q τοσοῦτον (sic τοσοῦτō) P[2] 4 ἀντικόψη eraso supra primam litteram accentu [igitur fuit ἄντικόψη] P 5 ἑτέρ* terminationis ας conpendio supra rasuram posito P[1] 7 delendum 'ἀθροίσμα P[1]': α ita scriptum ut simul terminatio σι(ν) indicetur 8 ἀντικόπτωσιν sed ut ω ex ο correxisse uideatur P[1] 14 ἐστι Q ut F 18 πνεύματι P[1] ex πνεῦμα τι p. 21, 9 αὑτὰς ex αὐτῶν corr P[1] 16 στρογγυ[λω]τάτων cum ras. iam P[1] p. 23, 2 προυπάρχοντα Q 9 ἑαυτ̄ i. e. ἑαυτοῦ P 18 ἀΐδιον sic sine acc. primitus scriptum in ἀιδίων

corr P[1] aut P[2] p. 24, 5 τῶν non om P[1] sed charta superducta abdidit librario Q 9 φύσεως] eo conpendio scriptum, quod omnes casus significare solet, P p. 25, 17 τῶν ante τοιῶνδε circumpunxit P[2] p. 27, 13 εἰσφέροντας (certo conpendio) P p. 28, 18 φύ ambiguo compendio P εις supra scr P[2] p. 29, 1 post ταυτὶ erasum uidetur ᾶ p. 30, 5 ὁδι πως P[1]: sane ι in litura, sed etiam primitus ι fuisse uidetur ut u. 7 οδι πως clare exstat in P 7 εἰδῶμεν P[2]: εἰδομεν P[1] 15 ἀλλ' ἀλόγω sic P manu prima 16 conpendium uocis πστάσει (ε suprascr) non satis accurate expressum, non ε suprascr (quod esset περί) sed conpendium litterarum αρα p. 31, 14 καὶ expunxit P[2] p. 32, 4 τινα μανοήματι P: ex ι prima η fecit prosodiamque adpinxit P[1]

in epistula II p. 35, 7 μνημονεύ[ης] cum ras. (ex οι?) P[1] 9 ὡς P[2]: ος P[1] αὐτ[ὰ] cum ras. (ἀ supra τ scr.) P[2] p. 36, 13 κατὰ] κατ' Q p. 37, 2 ἡ P[1] ἣ P[2] 5 ἐπ[ὶ] τὰ cum ras. (fort. ex ἔπειτα nam accentum articulo m. II dedit) P[2] 18 ἀραιῶ P[1]Q[1] ἀραιῶ P[2]Q[2] 20 οὗ P[2] οὐ P[1] λυομένου ex λύομεν οὐ corr P[2] p. 38, 1 φα(σὶν) ex φη(σίν) corr P[1] p. 39, 1 ἣ τὸ* P 5 καθ' αὑτὸν Q καθ' (sscr τ eadem manu) αὑτὸν P[1] κατ' αὐτὸ P[2] [uitium operarum omisi corrigere] 19 ἑκατέρους Q cum BP p. 40, 7 εἰτατῇ Q εἰ extremo uersu sed eadem manu, dein nouo uersu τα τῇ P p. 41, 8 ἃ δυνατὰ P[2] ut Q 15 ἄλλοτ' ἄλλως PQ 19 θεωροῖντο sic scripsit P ut QH errare facile potuerint p. 42, 9 συγκρίσεις sed sscr υ et ι mutato in η restituit συγκυρήσεις P[1], nunc υ macula tegitur 14 ἡ περὶ τῶν μετεώρων PQ p. 43, 13 ἡμιζώοις in marg P[2] p. 44, 1 ποιοῖς PQ ποίοις P[2] (αἱ τῶν] αὐτῶν Q 9 δύνανται etiam P[2] 10 καὶ δι' ἀέρος P[1] sed καὶ circumpunctum, etiam δι' expunxit P[2] 11 τινων ex τινος corr P[1] 16 καὶ καταρήξεις ex καὶ καταρρήξεις P[1] p. 45, 2 κρυσταλοειδῆ etiam Q p. 47, 14 δεαρρυῆναι Q p. 48, 3 ἐμπεριλαμυ/ (ά) ambigue P[1] ει adscripsit P[2] 6 διάδοσιν] διά punctis deleuit P[2] p. 49, 10 διαφόρων PQ διαφορῶν P[2] συμμετρίως P[2] cum f 15 ἔχουσαν P[1] ut BQ ἔχουσα* P[2] p. 50, 8 σύν*οδον ex συνωδὸν (?) corr P[1] 19 πόσα P[1] ut B ποσὰ P[2] p. 51, 3 ἣ] ἡ PQ ut B p. 52, 14 τ[ῷ] ex τὸ corr P[1] ut B p. 53, 6 μὲν deleuit P[2] p. 55, 5 ἔτι τε PQ

in epistula III p. 59, 8 τῷ μὲν ex τὸ μὲν corr P[1] νεάζ*η ex νεάζων P p. 60, 8 προάπτων haud dubie P[1] σ supra scr P[2] 11 ἐπ[ά]γονται P[2] ἐπείγονται P[1] p. 61, 11 ὅτε μὲν — ὅτε δὲ P[1] corr P[2] p. 62, 9 κεναὶ ex καιναὶ corr P[1] 12 αὐτὸ P[1] αὐτῶ P[2] 16 πάντα etiam Q p. 63, 16 τὸν πάλιν P[1] τούμπαλιν P[2]Q

22 πολυτελεῖ P² ut Q πολυτέλειαν P¹ et in marg P² 23 ἔνδειαν in rasura ut uidetur P¹ p. 64, 20 ἑξῆς P¹ p. 65, 1 ἐπει τινα sine accentu P¹ accentus addidit P² 3 ἐπιλελογισμ (οι supra, ς infra) i. e. -μένος sscr ου ut -μένου fieret P¹ ν adscripto -μένον uoluit P² 7 ἀγγέλων τοσαδε sine acc. P ἀγγελῶντος in marg P¹: ἀγγέλοντος. ἃ δὲ corr P² 13 ἢ* prosodiam in litura corr P² 14 ὑπογρά(φει) cum compendio, quod ut explicaretur in mg πογράφει (initio desecto) addidit P¹ 17 ἀβέ*βαιον (ε* ex αι?) corr P¹ p. 66, 5 πρὸς αὑτὸν scriptum erat, ε ante ά inseruit P¹ 7 διαταραχθ[ήση] cum rasura (ex *ησι?) P² ζή[ση] ex ζή..ηι corr P²

in sententiis p. 71, 8 post τοὺς una littera erasa in P 11 ἀνθρωποειδής P¹ p. 72, 1 ἡ] ἢ P 3 ἢ] ἡ P¹Q ἢ P² p. 73, 13 ἀσωμάτους (non εὐσωμάτους) γρ P² p. 74, 1 ἤ τι (non τί) P¹ 13 ἡ P²: ἡ P¹ 14 ἀσφά(λεια) cum conpendio P ᵕ (ως?) supra scr P² 15 post φύσεως una littera erasa in P p. 75, 17 in ἔτι rasurae uestigia supra ι conspiciuntur et ἕ fortasse postea additum (correctumne ex τί?) P¹ 20 ἐλλίπουσα P¹ ut BQ p. 76, 17 ἐκλείψεις fort. ex ἐκλήψεις corr P¹ p. 77, 8 ἀδιάχυτον P ut QH 14 ἐποίησ (ε supra) P sed ε suprascriptum etiam εν significat p. 78, 11 ἀλλα* sine accentu P 19 ὡς ποτὸν Q: ὡς οτὸν sine rasura P 20 ποικιλλούσας ex ποικίλους ἃς corr P¹ 22 στεφά(νους) an (νων) propter compendium non liquet P¹ ους supra scr P² p. 79, 6 ἀπὸ P ut BQ γρ ἀπὸ in marg P² ὑπὸ corr P² 14 χώραν in marg P¹ adiecit 15 ει ad ἀποβαίν addidisse P² uidetur, sed locus detritus est p. 80, 1 μ[ετα]πίπτη P¹ (non P²) 4 κεναῖς fuit etiam in P, maiusculam ε ex minuscula fecit P² 11 δικαιο τε* primum scripsisse uidetur P δίκαια ὅτε P¹ (post τε littera erasa) p. 81, 1 sq. τοῦτο λυσιτελη eraso supra η accentu P τοῦτ' ἐλυσιτέλει P¹

in loco de libris Epicuri p. 85, 5 ἐν πολυγραφίαις P 13 [λ̄]ζ̄ cum rasura P¹

in testamento p. 165, 3 τιμοκρα (τ/ supra) P τιμοκράτους Q 166, 3 ἡμῶν ex ὑμῶν corr P¹ in marg ὑμῶν iterauit P² 168, 5 ἐλθῆ Q 11 νικίαν ex νικίην corr P¹

in uita Epicuri potui Dielsii correctiones plagulis inserere praeter has: p. 361, 9 ἀναγνόντισου primitus P sed prima manus ἀναγνόντασσου correxit 367, 3 ἀγαιμάρτου P sed αι in ε correxit et χ supra τ posuit, ut fieret ἀγεμάρχου P¹ 369, 4 ἦν δὲ πολύαινος Q 370, 18 [λ̄] ζ̄ cum rasura P¹ 372, 2 περίπτωσιν ex περίπτοσιν corr P¹.

eiusdem P alterum apographon[1] est Laurentianus H plutei LXIX codex 35 (H) membranaceus a Wachsmuthio et Valentino Roseo paullo liberalius saeculo XIV, a Bandinio adeo duodecimo adscriptus, conlatus diligentissime a C. Wachsmuthio. quem librum non mirum quod antequam codices Parisienses innotuissent pluris quam par erat aestimauimus, ut fecit Nietzschius l. s. p. 17. constat enim eum ex libro P retractato, hoc est aliquanto post Q tempore descriptum esse. commixtam igitur ex utroque librorum genere lectionem exhibet. qui ut ad lectiones codicis P inuestigandas utilis erit, ita postquam de eius fonte constat, ad Laertium restituendum nullo iam erit usu. eruit olim ex eo V. Roseus Hermae t. I p. 370 sq. integram uitarum Laertianarum tabulam Stoicorum successione insignem: haec quoque etiamnunc in fonte P extat[2].

ad idem librorum genus referendos duos noui codices Arundelianum 531 saeculi XV et Venetum in bybliotheca s. Marci gr. 394 membranaceum saeculi profecto

---

1 Laurentianum hunc ex ipso P fluxisse uno saltem, ut stem promisso, exemplo docebo: p. 42, 5 σβέσιν breuissime in P sic scribitur ut solae litterae σβ adscribantur lineola per alteram traducta, supra ponatur ε et nota ιν terminationis: hoc neque Q intellexit qui σβε reddit neque H qui π̄β: at in huius (H) margine siue homo doctior siue secundis curis librarius ueram lectionem σβέσιν adposuit. iam Wachsmuthius mus. Rhen. XXIX p. 355 codicem H ex libro eo unde Salmasius indicem uitarum Laertianarum nouerat, h. e. ut nunc constat, ex P fluxisse optime diuinauerat.

2 in P haec tabula f. 1 pessime habito multisque locis lacero ac perforato legitur cf. Bonnetus l. s. p. 580. ex cuius apographo saltem indicem Stoicorum hoc loco propono:

ἐν τῶ ζ̄ ζήνων. κλεάνθ(ης). χρύσιππ(ος). ζήν(ων) ταρσεύς·
δ[ι]ογέν(ης). ἀπολλόδω(ρος). βοηθός. μνησαρχίδης
μ[ν]ασαγόρας. νέστωρ. βασιλείδης.
δάρδανος. ἀντίπατρο(ς). ἡρακλείδης
σωσιγ[έ]νης. παναίτιος. κάτων. ποσειδ(ώ)ν(ιος).
ἀθ[η]νό[δ](ωρο)ς. ἀθηνόδω(ρος) ἄλλο(ς). ἀντίπατρο(ς). ἄριο(ς). κορνοῦτ(ος)

unde fontem in Stoicis Laertio scriptorem aeui Neronei aut Flauiani fuisse nemo non uidet.

non XIV cui adsignatur: illius lectionem postquam Thomas Galeus opera desultoria excerpsit in calce exempli Wetsteniani t. II p. 557 sqq. editam, accurata nuper specimina Ingr. Bywaterus dedit in uitis Heracliti et Aristotelis. Marcianum ex propagine codicis P esse tum eo constat quod tabulam uitarum in P seruatam continet tum quod extremo uolumine p. 81, 6 sq. non solum cum P QH ὡς πρὸς σὲ δέον in textu sed etiam in margine discrepantem lectionem γρ ὡς ἔλεον exhibet (item γρ P^2); Nuernbergerus autem quod gloriatur se huius quoque codicis lectionem afferre, memoria eum fallere uidetur solo Marciano 393 usum.

Alterius ordinis signifer est codex Laurentianus F plutei LXIX 13 (F) membranaceus saeculi XII, formae prope maximae. conplectitur schedis CLXIV et Laertium et (inde a f. 137ᵛ) Cleomedem. nonnullae schedae recentiore manu saeculi XV in membrana suppletae, in Cleomede f. 161—164, in Laertio folium nescio quotum pertinens a l. III 38 ὡς φορτικόν usque ad 48 ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρί[σεως: sed quae schedis f. 8—20 nouiciis insunt Laert. I 65 ἐμ] ποδὼν Πεισιστράτῳ .... II 17 γένεσιν τὴν τοῦ, non minus in F quam in ipso archetypo defuisse certo indicio[1] liquet. Cobetus, qui totum codicem excussit ut in quo maxime niteretur, schedas inesse rescriptas uidit, in quibus latere Plutarchi moralium particulas saeculo X litteratura grandi et elegante scriptas, uelut in ea pagina quae incipit Laert. VI 47 a uerbis πρὸς τὸ καταιτιώμενον sola oculorum ope non pauca dispexit Plutarchi de curiositate p. 518ᶠ—519ᵃ. sed de hoc codice quod licuit accuratius referre, id totum Cobeto uiro summo gratus debeo, qui adulescenti olim schedas suas Laertianas utendas beneuole

---

1 quippe folio 21 non iam nouicio sic continuatur f. 7 uetus ποδὼν πεισιστράτω ἐπιθέσθαι τυραννίδι .... τελευτῶν δὲ ἐμαρτυράμην ἀέρος πλῆξιν. τὴν (hoc initium paginae usque ad ἐμαρτυράμην iam superuacaneum expunxit librarius recentior qui suppleuerat), unde apparet quaecumque inde a l. I 65 ἐμαρτυράμην] Ὦ πατρίς usque ad II 17 γένεσιν τὴν τοῦ [ἀέρος πλῆξιν leguntur, ab ipso exemplari afuisse.

commisit[1]. libros Epicuri conlatos debeo G. Meynckio, testamentum H. Vitellio, uitam Ludouico Martens Elberfeldensi et Ferd. Duemmlero. de lectione dubitantem certiorem non numquam Vitellius fecit.

ceterum codex F quando quidem neglegentius est scriptus quam ex quo solo teste lectio alterius classis repeti possit, praesertim cum librarius eruditionis minime curiosus ex testimoniis multa (in libro X tamen pauca[2]) omiserit, circumspicienda sunt alia exempla eiusdem generis non ex F orta. et ego quidem acquieui in eo quod in promptu erat, *editione Basiliensi* ab Hieronymo Frobenio a. MDXXXIII euolgata (f), qui expressum esse f codicem Matthaei Aurigalli professoris Vitebergensis, recentem eum quidem, ut nemo non uidet, et uitiosissimum, sed uitiis codici F propriis fere inmunem, in praefatione testatur. quo cum accederet manus correctrix codicis Parisiensis (P^2), satis prouisum erat. quamquam non nego, aliis codicibus accuratius exploratis fieri posse ut codici F supplementum non minus utile accedat quam quale codex P (Q) est Borbonici. at qui hucusque innotuerunt ex hoc genere, eos operae pretium non est exeuti: *Cantabrigiensem* dico collegii Trinitatis n. 442, cuius aliquot lectiones a Th. Galeo enotatae in editionis Wetstenianae t. II p. 557 sqq. memorantur, Venetum *Marcianum* n. 393 chartaceum a Carolo Nuernbergero tam neglegenter conlatum quam editioni decimi libri Laert. (Norimb. 1791) adhibitum[3], *Monacensem* gr. 159 bombycinum s. XIV mancum a L.

---

1 uide Analecta Theophrastea (a. 1858) p. 2.

2 nempe p. 366, 15 ἐν χρονικοῖς (quod tamen omittitur etiam in f) 367, 6 φησιν Ἕρμιππος, plura 368, 3—5, denique § 118 semel, 119 ter, 136 bis titulos librorum.

3 Morellius bibl. manuscr. I p. 259 eumque secutus Nuernbergerus (in praef.) quod ambos codices Marcianos 'eiusdem familiae' esse dicunt, manifestus est error. nonnulla Marciano 393 cum f solo communia sunt ut p. 8, 8 κἢν omissum 9, 20 οὖν, item Cantabrigiensi ut 64, 17 lacuna codicum FP (ἐξ ὧν intercidit) inserto ἀφ' οὗ male expleta.

Spengelio in H. G. Huebneri usum accurate conlatum[1]: qui cum proxima cum F cognatione societur non ex eo propagatus, licet neglegentissime scriptus fortasse non plane abiciendus est: ego eum non admisi, quoniam decimus in eo liber non ultra § 61 (p. 18, 20) ducitur.

sunt etiam codices mixti simul et interpolati, ex quo numero ego unum noui a C. Wachsmuthio conlatum Laurentianum LXIX 28 (G) chartaceum saeculi ut aiunt XIV[2], Wachsmuthius addidit Borbonicum 252 chartaceum olim Iani Parrhasii, saeculo XV exeunte a Iohanne Rhoso Cretensi scriptum, illi (G) 'tam similem ut nequeat credi non ex eo fluxisse'[3]. illum adhibui epistulae primae et testamento, ut esset unde hoc genus iudicari posset. eiusdem generis codicem etiam Ambrosius Traucrsarius Camaldulensis uersione sua expressisse uidetur[4] cuius olim imme-

1 de codice Monacensi cf. Spengelius in additamento editionis Huebnerianae t. II p. 813. eius in libris V prioribus lectio edita est in eiusdem editionis appendice critica t. II p. 613 sqq., decimum librum quae attinet in ipsa adnotatione inuenitur.

2 tribus codicibus Florentinis iam indicatis FHG nescio quartum quendam addendum esse dicam an negem. Menagius ad ep. II 105 (p. 48, 2) adnotauit 'κράδασιν scriptum est in codice Florentino', ad III 124 (60, 19) 'ἄπειρον scriptum est in Florentinis membranis': aliter et F et H illos locos exhibere constat; ne ex G quidem, quem mea caussa H. Vitellius euoluit, testimonia Menagiana repeti potuere, qui κραδαστον illic, hic ἄπορον habet cum ceteris (etiam Ambrosio qui hoc *ambiguum* uertit, illud sine dubio ex coniectura *agitationem*).

3 uide Corpusc. poes. ep. gr. lud. 1, 53 sq.

4 de Ambrosii uersione a. 1431 absoluta (exstat apographon m. febr. 1432 perfectum) cf. Mehus in Ambr. Trauersarii Epistt. t. I p. CCCXCII sq. de eius exemplo ut iudicare ipse possis, specimina nonnulla lectionis adponam addita codicum idem testantium auctoritate, unde liquebit neque codicem G neque H, etiamsi cum utroque non raro consentit, posse solum adhibitum esse ab Ambrosio: p. 3, 6 παρεσκεύασα ἵνα F²P²Hf 13 καὶ συνεχῶς G 14 τὸ τοσοῦτον omisit cum G 4, 8 καὶ κατὰ GHBPQ 10 παρεγγυῶ τὸ G 11 ἐγγαληνίζον τῷ FH² [ἐνταλανίζον τῷ G] 6, 5 ἐστὶ σώματα μὲν FP²Hf 8 ὃν] ὃ ut BGf 7, 22 αἱ ὅμοιοι] *similes* [ἄτομοι Ff

ritum pretium erat, nisi potius etiam alterum quendam inspexisse censendus est.

Editores post Basileensem etiam si codicibus utebantur, tamen recte uti nesciuerunt. Henricus Stephanus, qui s textum editionis principis multifariam correxit exemplo a. 1570 emisso (s), in libros nequissimos inciderat Marcianum 393[1] et Laurentianum G uel eius gemellum. optimi libri praesto fuerunt Iohanni Sambuco Pannonio, praeter Venetum Vaticanus et Borbonicus[2], unde in marginibus uer-

---

mg P^2] 8, 1 ἀπερίληπτοι BGH 9, 1 ἡ τοσαύτη δὴ φωνὴ] αὕτη δ' ἡ φωνὴ FP^2Hf *haec autem uox* 10 ἐμποδίζον FHf

85, 5 Καρνεάδης] καὶ Καρνεάδης cum P^2H 6 αὐτοῦ] αὐτὸν ut Ff 359, 2 τὸν δῆμον B^2f *pago* 3 χαργήττιος H *Chagettius* Φιλαϊδῶν B^2FP^2f 360, 1 τῶν σοφιστῶν καὶ γραμματικῶν unus H *grammaticos — ac sophistas* 361, 2 ἀστὸν BPHf 362, 1 παιδείαν F^1f mg P^2 2 μακάριοι φεύγετε ceteris omissis cum F^1f 4 εὐφραντοῖς FP^2Hf 8 συναγωγὴν BFf 16 λέγειν καὶ ἀντιγράφειν BPQH 363, 5 λέγειν ταῦτα· ἤγαγεν FHf 6 μοι] μὴ FHf 11 γραφέα δημόκριτον FP^2f [non H] καὶ ἐν κώμαις καὶ γράμματα διδάσκειν H 365, 21 Εὐρύλοχον] εὐρύδοκον BFP^2H *Eurydotum* 367, 1 *anno centesimae septimae olympiadis* (om. et δεύτερον et cum Ff εἰκοστῆς καὶ) 3 Ἀγεμάρχου H^2f 368, 3 κατὰ πάντα P^2H 7 ἀκατάπληκτος Ff *intrepidus* 10 προαποθανόντος FfP^2 12 οἰκεῖον Bs *familiarem* 371, 6 τοίνυν] τίνι f *quodam*. iam satis est.

1 Stephanus ipse in praefatione Maximi Tyrii (a. 1557 editi) ad Arnoldum Arlenium data p. 3 'eius (Diogenis L.) quum editionem Germanicam' inquit 'cum antiquo exemplari Bessarionis a me ex Veneta bibliotheca deprompto quam potueram diligentissime contulissem': ex actis bybliothecae Marcianae codice 393 illum a. 1555 usum esse Morellius bibl. mscr. I p. 258 docuit. sed non hoc solum uiro egregio subsidium fuisse multae eius lectiones produnt a deteriore genere alienae et cum priore, non numquam cum G solo consonantes cf. p. 4, 10. 6, 6 cet.

2 titulus libri parum cogniti est 'Laertii Diogenis de uita et moribus philosophorum libri x. Plus quam mille in locis restituti et emendati ex fide dignis uetustis exemplaribus Graecis, ut inde Graecum exemplum etiam possit restitui; opera Ioannis Sambuci Tirnauiensis Pannonii. Cum indice locupletissimo. Antuerpiae, ex officina Christophori Plantini CIↃ IↃ LXVI. cum priuile-

sionis latinae a. 1566 editae permulta editionis principis uitia emendauit et omissa suppleuit; sed ut ferebat eius saeculum, constanter illis uti nec uoluit nec potuit; ne eum quidem quem poterat fructum utilissima eius opera his studiis attulit, cum ante Schneiderum Saxonem tantum non obliuione sepulta iaceret, ne Stephano quidem cognita[1]. similis et indoles et fortuna fuit editionis et uersionis a Thoma Aldobrandino curatae et post eius mortem a Petro cardinale Aldobrandino Romae a. 1594[2] euolgatae; usus et ille codice Borbonico quaedam ex coniectura scite correxit; fit quoque ut emendatior lectio in uersione lateat. ceteri iam libros aut nullos consuluerunt aut deterrimum quemque, in quem incidissent, nisi quod in commentario doctissimo Menagius codices Parisienses et Florentinos hic illic adsciuit. nostra demum memoria Cobetus Wachsmuthius Bon-

---

gio'. in praef. p. 5 'aliquot exemplaribus graecis uetustissimis illis cum interpretatione collatis atque etiam eruditis obseruationibus Fuluii Vrsini Romani' adiutum se fuisse dicit: memorat plerumque v(eterem) c(odicem), Venetum p. 289 ibidemque Vaticanum; promit idem lectiones soli B proprias uelut p. 362, 2 διαραμεν (Samb. p. 407) 20, 10 παρασκευάσαι (S. p. 427) 49, 17 λεῖον (S. p. 441) 50, 17 ὀξυτονίων (ibid.) 324, 15 ἐκπεπληρῶν (S. p. 445) infra p. XXXI 60 'quidam codex δημόκριτος' (S. p. 450). Schneiderus Saxo in Epicuri physicis et meteorologicis (Lipsiae 1813) primus adhibuit cf. praef. p. XVIII.

1 sufficit adposuisse ep. II 107 p. 49, 6 ἀποτηκομένων: deerat hoc uoc. in editione principe, restituit Sambucus emendatum p. 441 'adde graeco ex u. c. ἀποτηκομένων', quid Stephanus? suppleuit is quoque sed corruptum (p. 420 med.) ἀποκομένων.

2 de Thomae patrui opera Petrus Aldobrandinus haec ad lectorem praefatur 'qui grauibus negociis distentus, cum uiris doctrinae studio deditis prodesse aggressus esset, importuna morte praereptus non pauca a se inchoata perficere non potuit. in quibus hanc Laertii translationem triginta abhinc annis eoque amplius reliquit, accurata uetustorum manuscr. codicum collatione plurimis in locis emendatam et multis adnotationibus illustratam. quae licet ab ipsomet auctore suprema manu perpoliri ac limari nequiuerint, uisum est tamen fore opportunum, si eo modo quo olim relicta fuerunt non integra (nam in decimum quidem librum nulla reperta scholia sunt) ederentur'.

netus genuinos lectionis fontes monstrauerunt: restitutum ex illis exemplum nondum prodiit. igitur ad hunc usque diem Laertii Diogenis lectio omni fundamento caret. quod cum in nullo eius libro non aegre feratur, nullus tamen tam misere habitus est quam decimus neque quicquam in hoc quam libelli Epicurei. his enim grauissima idem inflixit uolnera, quem merito dixeris sospitatorem Epicuri, Petrus Gassendus decimo libro Laertii cum uersione edito et animaduersionibus copiosis inlustrato (Lugduni 1649). qui ut erat physices Epicureae multo quam sermonis graeci peritior, etiamsi haud pauca multo cum acumine recte intellexit, tamen ea temeritate in uerba Epicuri grassatus est, ut ea non purgare sed fingere ipse uideatur. hunc suo more imitatus Marcus Meibomius uir graece non doctus ea re etiam perniciosior Epicuro editor exstitit, quod Laertii Diogenis exemplar ab illo correctum splendore, elegantia, commentarii Menagiani utilitate ita omnibus paene ad hunc usque diem commendabatur, ut summa eius esset auctoritas. nempe hinc pendent uel inuiti quotquot post eum Laertium aut Epicurea ediderunt. unus Schneiderus Saxo poterat et Meibomii temeritatem peruidere et lucem Epicureis reddere, nisi lectionis memoria illi ex turbidis riuulis haurienda fuisset. quo nixus Huebnerus quamquam haud ita raro ad librorum fidem lectionem reduxit, adeo sibi non constat, ut obscuriora quaeque fuco Meibomiano oblinere quam non intellegere malit. ab Huebnero in Epicureis uel C. G. Cobetus pendet, nisi ubi correctionem aut codex F aut obseruatio sermonis suppeditauit. haec cum fata sint Laertii Diogenis, non potuit fieri quin uirorum uel acutissimorum coniecturae, Lachmanni Madnigi aliorum saepe ad irritum caderent. quas etiamsi studiose perquisiui et examinaui, ut aut meliora edocerer aut suum cuique redderem, tamen coniecturas non probabiles, quarum inde a Gassendo nubes conflata est, ad adnotationem aut numquam aut rarissime admisi, et optimorum uirorum nominibus hoc me debere ratus et publicae utilitati melius consulturum librorum testimoniis accurate conpositis quam

conlecta uanarum opinionum sarcina inutili. mihi si prouinciam felicius administrare contigit, de qua re penes alios iudicium est, id omne amicis qui instrumento critico me instruxerunt deberi laetus gratusque fateor. studui certe cautus esse maluique aliis relinquere emendanda quam non intellecta temere temptando corrumpere. nunc cum librum manibus emitto, sentio me hominem et inconstantem fuisse. et ea quidem, quae meliora interim dies docuit, fas est eos qui his utentur non ignorare.

ep. I 41 p. 7, 6—9 Epicurus infinitum esse uniuersum acuta breuique argumentatione demonstrat. in qua assumptionem omitti eo aegrius feras quod conclusioni deest subiectum. nimia haec nec licita est breuitas. quam non excusaturus eram, si fr. 297 ex libris περὶ φύσεως ductum, quo integra proponitur eadem argumentatio, paullo attentius examinassem. quo facto — adhibuerat autem iam Gassendus p. 196 — non dubito quin post uerba τὸ δὲ ἄκρον παρ' ἕτερόν τι θεωρεῖται homoeoteleuton effecerit ut assumptio intercideret haec ἀλλὰ μὴν τὸ πᾶν οὐ παρ' ἕτερόν τι θεωρεῖται (Cicero l. s. *at quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus*): sic etiam conclusio, cum continuetur subiectum assumptionis, recte adnectitur: ὥςτε οὐκ ἔχον ἄκρον (sc. τὸ πᾶν) πέρας οὐκ ἔχει.

ibid. 59 p. 17, 16 μικρόν τι μόνον μακρὰν ἐκβάλλοντες: tempus etsi tolerari potest, tamen credo Epicurum ἐκβαλόντες scripsisse.

ibid. 71 p. 24, 6 οὐδὲ γὰρ τοῦτο διανοητέον non recte tradi Bernaysius in commentario Lucretiano I 449 (opusc. t. II p. 49) optime intellexit idemque correxit διανοητόν, ut saepius ἀδιανόητον Epicurus dixit, cf. Philodemus de rhet. IV 2 c. 44, 8 εἰ μὴ διανοητὸν ἄρα κτλ.

ep. II 96 p. 42, 7 defectum solis lunaeque Ep. fieri posse putat κατ' ἐπιπροσθέτησιν ἄλλων τινῶν, ἢ γῆς ἢ οὐρανοῦ ἤ τινὸς ἑτέρου τοιούτου. insanam ibi esse caeli mentionem nemo non uidet. sed Woltjerus quod proposuit ἢ γῆς ἢ σελήνης ea caussa inprobabile, quod et solis et lunae defectum eadem opera scriptor explicare studet. quid

Epicurus dixerit sero intellexi ex Lucretio, qui V 753—67 negat esse cur terra maxime lunae, luna soli officiat, *aliud facere id non posse putetur corpus, quod cassum labatur lumine semper.* Anaxagorae Ep. hanc coniecturam debet cf. Hippolytus 8, 6 p. 562, 15 D. εἶναι δ' ὑποκάτω τῶν ἄστρων ἡλίου ⟨τε⟩ καὶ σελήνης σώματά τινα συμπεριφερόμενα ἡμῖν ἀόρατα, Anaxagorae facem Anaximenes praetulerat qui Aetio II 13, 10 p. 342, 17 teste statuit γεώδη σώματα συμπεριφερόμενα τούτοις ἀόρατα[1]. igitur scribendum ἢ γῆς ἢ ἀοράτου τινὸς ἑτέρου τοιούτου. socordia librarii postquam οὐρανοῦ dedit pro ἀοράτου, reliquum erat ut tertium ἢ interpolaretur. an latet in eo ἡμῖν?

ibid. 97 p. 42, 14 ἅπασα ἡ τῶν μετεώρων αἰτιολογία inde a Stephano editur, cum Frobenius ἅπασα περὶ τῶν exhibuerit. cum neque ex Borbonico neque ex Laurentiano H neque ex Laurentiano F quicquam adnotatum uiderem, deceptum me fugit uerum ἡ περὶ τῶν μετ. et a Cobeto restitutum (sine dubio ex F) et in codicibus PQ inesse, quorum testimonium ex Bonneti silentio repetendum erat. cf. ep. I 78 p. 28, 15 τὴν ὑπὲρ τῶν κυριωτάτων αἰτίαν et huius 116 p. 55, 7 τὰς περὶ τῶν κατὰ μέρος αἰτίας, item αἰτιολογεῖν ὑπὲρ μετεώρων ep. I 80 (29, 20) et 82 (31, 8). eandem culpam doleo admissam mihi esse 116 p. 55, 5 ἔτι δὲ κριτηρίων καὶ παθῶν, eo minus excusandam, quod cum ἔτι τε particulae non raro et in hac epistula (p. 41, 2. 8. 42, 9. 44, 9) et in genuinis libellis (ep. I p. 17, 16. 29, 2. 30, 3 sent. p. 73, 15. 74, 1) iungantur, particularum ἔτι δὲ certum exemplum in Epicuri reliquiis noui nullum[2]: ac p. 55, 7 ἔτι τε Stephanum secuti omnes ediderant, donec in exemplum Tauchnitianum, quo et Wachsmuthius et ego usi sumus, nescio qua neglegentia ἔτι δὲ inuasit. libri om-

---

1 alia testimonia infra p. 384 (6 a, γ) et 385 (7 b) inuenies.

2 semel exstare uidetur ἔτι δ' in reliquiis libri περὶ φύσεως incerti a Gomperzio conpositis *Wiener stud.* t. I p. 29 n. 24, sed legitur illud in fragmento ante Gomperzium non cognito (in VII[1] t. X col. XIII et XIV eius uoluminis non editae sunt), et legitur ante lacunam, licebit igitur dubitare.

nes quotquot haec uerba seruarunt uidentur ἔτι τε praebere, nisi quod τὲ P Bonneto teste, γὲ F.

ibid. 99 p. 44, 4 quoniam libri tradunt παρὰ πιλήσεις ἀέρος πνευμάτων συνώσεις, caueram ne uitium oblitterarem particula ἢ interpolata. sed dubito rectene alterum alterius glossema esse iudicauerim. scriptum fuisse nunc puto πνευμάτων συνώσει cf. Lucretius VI 462 sq. *cum consistunt nubila, primum . . . tenuia, uenti portantes cogunt ad summa cacumina montis: hic demum fit uti turba maiore coorta et condensa queant apparere* et Aetius III 4, 5 p. 371^{b} 23 D. καὶ πνεῦμα μὲν ἀποτελεῖν παρῶσαν τὰ νέφη.

ibid. 103 p. 46, 15 libris BPQ male credulus eatenus fidem habui ut re non satis explorata in eorum lectione καὶ κατὰ ῥῆξιν acquiescerem. at eis quae antecedunt κατὰ πλείονας πνευμάτων συλλογὰς καὶ κατείλησιν ἰσχυράν τε ἐκπύρωσιν prima fulminis explicandi ratio minime absoluta est, adici oportet quomodo ignis ille ex nube prorumpat. id quod fieri manifestum est his quae subiciuntur καὶ κατάρρηξιν μέρους.... πίλησιν νεφῶν. cf. Lucretius VI 281 sqq.

ibid. 105 p. 48, 4 loci mihi desperati nuper H. Dielsius medelam hanc proposuit ἐκ τοῦ πίπτειν εἴσω (εἰς libri) ἐδάφη εἰς ἀντροειδεῖς τόπους τῆς γῆς, longe sane facillimam et fortasse ueram.

epistulae III 124 uerba p. 60, 10 ἔνθεν αἱ μέγισται βλάβαι τε τοῖς κακοῖς ἐκ θεῶν ἐπάγονται καὶ ὠφέλειαι ⟨τοῖς ἀγαθοῖς⟩ tamdiu oportuit suspecta esse, quamdiu u. ἔνθεν ad proximum nomen αἱ τῶν πολλῶν ὑπὲρ θεῶν ἀποφάσεις referebatur. quo ego quoque errore tenebar, donec Epicuri sententiam mihi fr. 385 aperuit. cuius quasi commentarium exhibent Lucretiana haec VI 68 sq.

quae nisi respuis ex animo longeque remittis
dis indigna putare alienaque pacis eorum,
delibata deum per te tibi numina sancta
saepe oberunt, non quo uiolari summa deum uis
possit ut ex ira poenas petere inbibat acris,

sed quia tute tibi placida cum pace quietos
constitues magnos irarum uoluere fluctus,
nec delubra deum placido cum pectore adibis
nec de corpore quae sancto simulacra feruntur
in mentes hominum diuinae nuntia formae,
suscipere haec animi tranquilla pace ualebis.
inde uidere licet qualis iam uita sequatur.

eodemque facit Philodemi aduersus Stoicos concertatio π. εὐσ. p. 86, 13 Gomp. μετὰ δὲ ταῦτ' ἐπιδεικτέον (scil. Philodemus probaturus est) αὐτοὺς ὅτι βλάβης καὶ κακῶν οὔ φασιν αἰτίους εἶναι τοῖς ἀνθρώποις τοὺς θεούς, (ὃ) δοξάζοντας ἀπέχεσθαι τῶν ἀ[δικ]ο[π]ραγημάτω[ν ἔ]νιοί φασιν· ἡμεῖς δὲ καὶ ταῦτ' (mala) ἐνίοις ἐξ αὐτῶν (ex dis) λέγομεν παρακολουθεῖν καὶ τῶν ἀγαθῶν τὰ μέγιστα. itaque hoc Ep. dicere uoluit: de dis boni bene, mali male sentiunt. ut cuiusque ingenium bene moratum est ac paratum ad suscipienda deorum simulacra, ita beatitudine illinc expletur: mali cum sint animo illis simulacris suscipiendis obstructo, falsis suis opinionibus in mala omnia abripiuntur ut uitae omnes rationes disturbent. haec sententia tamquam corollarium proximo enuntiato ὑπολήψεις ψευδεῖς (εἰσιν) αἱ τῶν πολλῶν ὑπὲρ θεῶν ἀποφάσεις adhibetur simulque quod illic inest contrario: igitur ex diuersis hominum de dis opinionibus fit ut malis mala, bonis bona ex dis adfluant. itaque sana omnia sunt, distinguendum erat ante u. ἔνθεν maiore positura

ibid. 130 p. 63, 23 ὅταν ἅπαν τὸ ἀλγοῦν κατ' ἔνδειαν ἐξαιρεθῇ: conicio Epicurum non ἅπαν sed ἅπαξ scripsisse ut p. 62, 17 ὅταν δὲ ἅπαξ τοῦτο περὶ ἡμᾶς γένηται et qui locus illi plane gemellus est, sent. XVIII ἐπειδὰν ἅπαξ τὸ κατ' ἔνδειαν ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ.

sent. XXIV p. 77, 1 ὥστ' ἀνῃρηκὼς ἔσῃ πᾶσαν ἀμφισβήτησιν dedi ex coniectura, cum libri ὡς τετηρηκὼς corrupte scribant: uera lectio fortasse propius a codicum memoria aberat quam illa coniectura. quid enim impedit quominus Epicurum concedamus fortius uerbum ὥστ' ἐξῃρηκὼς ἔσῃ elegisse?

Redeo ad Laertium Diogenem. qui cum hos libellos unus seruauerit, quaeritur utrum ipse Epicuri amore incensus salubri consilio pro dogmatum delectu exili uerba magistri posuerit an iuxta cum ceteris rebus plurimis hos quoque ab auctore traditos acceperit. operae pretium est hoc scire ut de scriptore recte iudicetur rerum grauissimarum auctore saepe unico. etsi quidquid inuentum erit, nego eo facere posse ut certae Laertius sectae uindicetur siue Epicureae siue, quod Wachsmuthio nuper placuit, empiricae: nisi forte qui Epicureum Zenone et aequalibus posteriorem nouit nullum, Epicureorum scholis saeculo II exeunte eruditus esse, aut qui inter empiricos Menodotum Theudamque medicos memorat, Sarapionem [1] et Glauciam tacet, medicus sectae empiricae esse potuit.

multum nostra memoria de Laertii fontibus disputatum est. nunc postquam inter somniantes uigilantissimus exstitit uir et acutissimus Vdalricus Wilamowitzius, qui non conpilatorum nominibus inuestigandis sed explorandis rebus rerumque auctoribus opus esse clamaret, desierunt, spero, Demetrium Dioclem Fauorinum stupentibus nobis uenditare. illi et quotquot Laertium siue misellum conpilatorem siue, ut Roethius Heidelbergensis solebat humaniter, asinum germanum dictitarunt, nimio eum honore affecerunt, qui, ut uno uerbo dicam, ne scripsit quidem sed scribenda librariis commisit. breuiter obseruationem indicaui neque litterarum antiquarum historiae inutilem et Laertio recte interpretando, emendando, in testimonium adhibendo necessariam. quae etsi Wilamowitzium ut par erat minime latuit [2], pluribus caussis hoc mihi loco tractanda et, quod codicum indiciis non ambiguis futurum spero, ad liquidum perducenda est.

in omni disciplinarum genere constat olim commentarios illos, qui discentibus aut cito sciendi cupidis scripti erant, a doctis possessoribus tamquam suos habitos et cum

---

1 an IX 116 in nomine Σαρπηδών latet Σαραπίων?

2 uide eius librum de Antigono Carystio (*Philologische untersuchungen* t. IV Berol. 1881) p. 324 sq. adn.

pro utilitate augerentur deminuerentur mutarentur, etiam sub nouo titulo ut nouos iterum iterumque edi solitos esse[1]. neque defuere inanis gloriolae captatores qui libros, quos eodem iure et nullius et omnium esse dixeris, facili opera pro suis ederent. nouimus Galeni Tertulliani aliorum de surreptis et publicatis commentariis querimonias: qui si sine scriptoris lima utut erant officinae librariorum tradebantur, quid existimas fieri potuisse? euenit quod necessarium erat, ut eo ordine qui librariis placeret adscripta margini in commentarium inferrentur, necessaria et utilia cum alienis et otiosis miscerentur, turbae inexplicabiles nascerentur. id quod cum pridem mihi in excerptis de Verri Flacci ad Gaium et Lucium Caesares orthographia primo Victorini de re metrica libello insertis[2] et in capitibus a Galeno personato in fronte epitomae Plutarcheae conlocatis obseruare uisus essem, mox in Laertio Diogene certissimis signis intellectum est. quae ne in ultima tantum operis parte inueniri credas, uno saltem exemplo aliunde sumpto cauebo.

In uita Platonis locus est III 5 sq., cuius salebras Groen van Prinsterer prosopogr. Plat. p. 225 et Theoph. Roeperus Philol. I p. 654 sq. cum sensissent, emendando tollere frustra studuerunt. quo exemplo optime intellegas cauendum

---

1 haec omnia Galenus etiam uiuus expertus est, cf. de libris suis prooem. t. XIX p. 9 K. πολυειδῶς ἐλωβήσαντο πολλοὶ τοῖς ἐμοῖς βιβλίοις, ἄλλοι κατ' ἄλλα τῶν ἐθνῶν ἀναγινώσκοντες ὡς ἴδια μετὰ τοῦ τὰ μὲν ἀφαιρεῖν, τὰ δὲ προστιθέναι, τὰ δὲ ὑπαλλάττειν. quod qui fieri potuerit ipse ib. p. 10 enarrat.

2 in Marii Victorini capite I 4 uideo multa quibus ordo rerum turbatur, ex remissiore genere scribendi satis explicari, quo ita usum esse Verrium apparet tamquam cum Caesaribus familiariter conloqueretur, aliena, prout res ferret, admiscentem: uelut praecepta de VIY uocalibus quibus locus de N littera interrumpitur 72 *GL* VI p. 19, 22 uel obseruationes de pertermine 42 p. 14, 21 et de priuilegio 83 p. 21, 18. talia igitur excerptoris culpa est quod nunc nexu soluta sunt. sed sunt etiam quae nisi primitus margini adscripta fuisse sumas, non intellegas: uide quae de *ellum* uoce comicorum inter litterarum historiam docentur 96 p. 23, 17.

esse ne emendando indoles operis Laertiani mutetur uel indicia originis oblitterentur. accuratius enim rimanti manifestum fit non semel sed pluriens eadem illa et editorum et librariorum neglegentia ordinem rerum turbatum esse. inspice locum qualis legitur in libris et qualem tibi propono separato pristino textu et additamentis:

καὶ γραφικῆς ἐπιμεληθῆναι. καὶ ποιήματα γράψαι, πρῶτον μὲν διθυράμβους, ἔπειτα καὶ μέλη καὶ τραγῳδίας. [I-III] ἔπειτα μέντοι μέλλων ἀγωνιεῖσθαι τραγῳδίᾳ πρὸ τοῦ Διονυσιακοῦ θεάτρου, Σωκράτους ἀκούσας κατέφλεξε τὰ ποιήματα εἰπών

Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει.

τοὐντεῦθεν δὴ γεγονώς, φασίν, εἴκοσιν ἔτη διήκουσε Σωκράτους· ἐκείνου δ' ἀπελθόντος [IVb] γενόμενος ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, καθά φησιν Ἑρμόδωρος, εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν καὶ ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν. κτλ.

I ἰσχνόφωνός τε, φασίν, ἦν, ὥς καὶ Τιμόθεός φησιν ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ βίων.

II λέγεται δ' ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδε κύκνου νεοττὸν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχειν, ὃν καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσαντα ἀναπτῆναι ἡδὺ κλάγξαντα, καὶ μεθ' ἡμέραν Πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι· τὸν δὲ τοῦτον εἰπεῖν εἶναι τὸν ὄρνιν.

III ἐφιλοσόφει δὴ τὴν ἀρχὴν ἐν Ἀκαδημείᾳ, εἶτα ἐν τῷ κήπῳ τῷ περὶ τὸν Κολωνόν, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς [IVa].

IVa ⟨φιλοσοφῶν δὴ τὴν ἀρχὴν⟩ καθ' Ἡράκλειτον

IVb προσεῖχε Κρατύλῳ τε τῷ Ἡρακλειτείῳ καὶ Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι. ἔπειτα

Non necesse est demonstretur additamentis duobus prioribus, etsi secundum ad Socratis disciplinam pertinet[1], locum nullum fuisse in primario contextu, nec umquam ab eo scriptore inseri potuisse qui saltem speciem narrationis continuae affectaret, sed neglegenter ut fit margini adscripta neglegentius a librariis inserta esse. nam tertium additamentum, quod eadem opera cum illis intrusum est, ipsa sede arguitur; pertinet enim ad § 7 ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας διέτριβεν ἐν Ἀκαδημείᾳ κτλ., quae uerba qui scripserat, non distinguebat ipsam Academiam ab hortulo Platonis (cf. 20 κηπίδιον τὸ ἐν Ἀκαδημείᾳ). Quarto supplemento cum spatii non satis uacaret, misere discerptum est; diuersam originem uel dissonans memoria § 8 euincit μῖξίν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν; iusserat autem qui margini adscripsit interponi inter locum de poeticis studiis et de Socrate, cuius rei indicium primum uocabulum enuntiati eius quod sequi debebat ἔπειτα iterauit, quod tam religiose quam inepte librarii seruarunt: sed etiam si consilium editoris librarii perspexissent et secuti essent, nemo non uidet illa sententia inculcata nihilo minus futurum fuisse ut narrationis ordo planus et genuinus pessime dirumperetur. haec autem quattuor additamenta quis credat ab uno eadem opera adscripta esse? quae si pedetemptim alia ab aliis adiecta esse consentaneum est, uetus opinor emergit de uitis scriptis dogmatis philosophorum liber a pluribus identidem retractatus et auctus.

Non minus aperta in libro decimo illius incuriae apparent uestigia. uide quo modo ultimum Epicuri ad Idome-

1 primum ex Timothei de uitis libro desumptum, unde plura in Laertio de forma et habitu philosophorum petita sunt cf. IV 4 VII 1; aeque postmodo inserta quae de Aristotele feruntur V 1, ubi primitus continuabantur uerba οὗτος γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος μαθητῶν ἀπέστη [δὲ] Πλάτωνος ἔτι περιόντος κτλ., neque minus quae de Speusippo leguntur IV 4.

neum epistolion insertum sit § 22 ἤδη δὲ τελευτῶν γράφει πρὸς Ἰδομενέα τήνδε ἐπιστολήν· Τὴν μακαρίαν .... παίδων Μητροδώρου. καὶ διέθετο μὲν ὧδε. μαθητὰς δὲ ἔσχε κτλ. concedimus ultimas litteras testamento perinde subici ac praemitti potuisse: clausulam καὶ διέθετο μὲν ὧδε oportuit ab ipso testamento non diuelli interpositis alienis. igitur epistolion additamentum editoris, siue margini adscriptum siue in charta singulari consignatum, cum post illam clausulam conlocandum esset, operae praeposuerunt. Vide porro § 10 sq. πρὸς τοὺς φίλους — οἳ καὶ πανταχόθεν πρὸς αὐτὸν ἀφικνοῦντο καὶ συνεβίουν αὐτῷ ἐν τῷ κήπῳ, καθά φησι καὶ Ἀπολλόδωρος, || ὃν καὶ ὀγδοήκοντα μνῶν πρίασθαι· Διοκλῆς δὲ ἐν τῇ τρίτῃ τῆς Ἐπιδρομῆς φησιν || εὐτελέστατα καὶ λιτότατα διαιτώμενοι· κοτύλῃ γοῦν, φησίν, οἰνιδίου ἠρκοῦντο κτλ. sic ex librorum fide restituendum erat, nisi forte ipsum Laertium emendandum censebimus. sed hunc locum qui corrigebant, facile uideas corrupisse. intellegemus simul et patienter feremus supinam editoris antiqui neglegentiam, qui de pretio horti adnotatiunculam margini adspersit, quomodo cum ceteris uerbis quadraret, non curauit. Sic § 6 καὶ μὴν καὶ Τιμοκράτης ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Εὐφραντοῖς || ὁ Μητροδώρου μὲν ἀδελφός, μαθητὴς δὲ αὐτοῦ τῆς σχολῆς ἐκφοιτήσας || φησὶ δὶς αὐτὸν τῆς ἡμέρας ἐμεῖν ἀπὸ τρυφῆς ipse uerborum ordo, quem editores concinnitatis in hoc scriptore male studiosi immutauerunt, arguit locum de Timocrate contextui antiquioris libri a nouo editore interpositum esse. neque aliter de § 23 ἔσχε δὲ καὶ τὸν προειρημένον εἰκαῖόν τινα ἀδελφὸν τοῦ Μητροδώρου Τιμοκράτην iudicandum est. sagaciter Kuehnius τοῦ Μητροδώρου glossema esse coniecit: quod si recte coniceret, potius ἔσχε δὲ ὁ Μητρόδωρος interpolatum exspectares. immo idem qui illud § 6 de Timocrate, hoc quoque margini adscripsit, et referri is quidem ad uerba § 22 μαθητὰς δὲ ἔσχε πολλοὺς (Epicurus) κτλ. uoluit, non tamen certae sedi destinauit.

grauiora indicia occurrunt, cum ad Epicuri libellos perueneris. neque umquam quemquam attentius legentem fugit

intermixta uerbis Epicuri esse scholia, nunc primum ab illis separata et quo decebat, in adnotationem ablegata. quae cum ineptissime inculcata sint, ut non numquam uel mediam sententiam interrumpant (ut p. 6, 5. 15. 8, 2. 21, 14), apparet contra consilium siue scriptoris siue editoris inlata esse. sequitur ergo, ut editor exempla illorum librorum non recognita, uix inspecta librarios transscribere iusserit iussumque illi ea fide qua debuerunt executi sint, non obliti marginum. ceterum scholia illa adscripsit homo satis eruditus et in lectione ampliorum Epicuri operum probe uersatus. quem nondum codicibus et pergamena sed uoluminibus et charta usum esse fidem facit quod ad locos eiusdem epistulae posteriores lectorem hac formula remittit φησὶν ἐνδοτέρῳ (p. 8, 12. 16. 19).

grauissima et apertissima signa in eis partibus prostant, quibus epistula III moralis circumdatur. quas, ne quid huic uolumini desit quod in Laertii libro X legitur, primum continuas[1] proponam quales secundum codicum testimonia traduntur:

Περὶ δὲ τῶν βιωτικῶν, καὶ ὅπως χρὴ τὰ μὲν ἡμᾶς αἱρεῖσθαι, 117
τὰ δ' ἐκφεύγειν, οὑτωσὶ γράφει. Πρότερον δὲ διέλθωμεν ἅ τε αὐτῷ δοκεῖ περὶ τοῦ σοφοῦ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ. βλάβας ἐξ ἀνθρώπων ἢ διὰ μῖσος ἢ διὰ φθόνον ἢ διὰ καταφρόνησιν γίνεσθαι, ὧν τὸν σοφὸν λογισμῷ περιγίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ τὸν ἅπαξ γενόμενον σοφὸν μηκέτι τὴν ἐναντίαν λαμβάνειν διάθεσιν μηδὲ πλάττειν ἑκόν-

1 αἱρεῖσθαι τὰ δ' (δὲ B) ἐκφεύγειν BPQH: ἐκφεύγειν τὰ δ' αἱρεῖσθαι Ff || 2 δὲ om BP¹Q | ἅ τὲ B corr P¹, Q | exspectes ἅ αὐτῷ τε || 3 τοῖς] ποιεῖ H || 4 ὧν prosodiam addidit corr P || 5 λογισμ[ῷ] cum litura (fort. ex — ὸν) B | παραγίνεσθαι Q conpendio codicis P male intellecto || 6 πλάττειν (sed ει ex corr B¹) libri cum f. cf. fr. 231

---

1 Singula tantum non omnia in fragmentis dispersa inueniuntur locis in indice fontium significatis. Dielsius hic quoque quae ex codice P enotauerat mihi inpertiit simulque de B ex Bywateri conlatione nonnullas adnotationes meas correxit.

τα. πάθεσι μᾶλλον συσχεθήσεσθαι. οὐκ ἂν ἐμποδίσαι πρὸς τὴν σοφίαν. οὐδὲ μὴν ἐκ πάσης σώματος ἕξεως σοφὸν γενέσθαι ἂν οὐδ'
118 ἐν παντὶ ἔθνει. κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ σοφός, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφόν, καὶ ἐπὶ φίλοις καὶ παροῦσι καὶ ἀποῦσιν ὁμοίως διά τε λόγου * * ὅτε μέντοι στρεβλοῦται, ἔνθα καὶ μύζει καὶ οἰμώζει. γυναικί τε οὐ μιγήσεσθαι τὸν σοφὸν ᾗ οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσιν, ὥς φησι Διογένης ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Ἐπικούρου ἠθικῶν δογμάτων. οὐδὲ κολάσειν οἰκέτας, ἐλεήσειν μέντοι καὶ συγγνώμην τινὶ ἕξειν τῶν σπουδαίων. ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν οὐ δοκεῖ αὐτοῖς. οὐδὲ ταφῆς φροντιεῖν. οὐδὲ θεόπεμπτον εἶναι τὸν ἔρωτα, ὡς Διογένης ἐν τῷ * *. οὐδὲ ῥητορεύσειν καλῶς. συνουσίην δέ φασιν ὀνῆσαι μὲν οὐδέποτε, ἀγαπητὸν δὲ εἰ μὴ καὶ ἔβλαψε.
119 καὶ μὴν καὶ γαμήσειν καὶ τεκνοποιήσειν τὸν σοφόν, ὡς Ἐπίκουρος ἐν ταῖς Διαπορίαις καὶ ἐν ταῖς Περὶ φύσεως. κατὰ περίστασιν δέ ποτε βίου γαμήσειν. καὶ διατραπήσεσθαί τινας. οὐδὲ μὴν τηρήσειν

7 πάθεσι] breuissimo conpendio πάθ supra posito ε P, σι addidit corrector | μᾶλλον] fort. μὴν | οὐκὰν B | ἐμποδεῖσαι B || 8 ἂν] ἀλλ' B | οὐδὲν παντὶ B^1 || 9 ἔθει B | δ' supra uersum B^1: om P^1 (antecedit ϛρεβλω* cum θῆ scr supra ω) || 10 ἕξειν BP^{2}QHf ἕξιν P^1: ἔχειν F | καὶ ἐπὶ B, in rasura corr P^1, HFf: del. H^2 om Q et primitus fort. P τἀπὶ ut uidetur corr P^2 || 11 ἀποῦσι B | λόγου. ὅτε] ὁδουχοτε B^1 ὁδ' οὐχ ὅτε B^2 ὁδοῦ χ' ὅτε Q ὁδοῦ * ότε P (spiritum in ότε add P^2) ὁδοῦ. ὅτε f ὁδοῦ. ὅτι F, H | μέντοι] μέν τις f || 12 μύζει BP^{1}Q: μύξει FP^{2}f μ[ύ]ξει cum litura H | οἰμώζει B: οἰμώ*ει P οἰμώξει FP^{2}QHf | ᾗ P^{2}QHf: ἢ B ἣ P^1 οἷ F || 13 φ[η]σι F cum litura || 14 δο+|γμάτων ex δογ|μάτων corr P | οὐδὲ] οὔτε libri. unde τούς τε οἰκέτας κολάσειν Casaubonus coniecit | ἐλεήσειν BPQH: ἐλεῆσαι Ff || 15 τῶν σπουδαίων Ff: τὸν σπουδαῖον BPQH || 16 φροντιεῖ· νοῦ δὲ Q || 17 ὡς ... καλῶς om F | ὡς (BH?)f: ὡς ὁ PQ | ἐν τῷ BPQH in margine λείπει adnotat B: φησίν f ἐν τῷ ιβ φησίν Aldobrandinus | ῥητορεύσειν P^{2}Hf: ῥητορεύειν BP^{1}Q | συνουσίειν δὲ B συνοῦσιν ἤδε Q συνουσι** δὲ P^1 συνουσίη δὲ FP^{2}H^{1}f terminationem ας super η addidit H^2: συνουσία δὲ Menagius. cf. adn. p. 118, 19 || 18 φασὶ B | ὀνῆσαι] ὤνησε libri solita neglegentia | δὲ om B | μὴ καὶ FP^{3}Hf: μὴ BP^{1}Q | ἔβλαψεν f || 19 ὡς ... 20 φύσεως om F || 20 κατὰ δέ ποτε περίστασιν H || 21 βίου om H^1 in mg supplet H^2 | διατραπήσεσθαι τινὰς P. cf. adn. p. 335, 8 | τηρήσειν libri nisi quod τήρησιν P^1: ληρήσειν cum CFHermanno *zeitschr. f. d. alterthumsw.* 1834 p. 111 Cobetus

ἐν μέθῃ φησὶν ὁ Ἐπίκουρος ἐν τῷ Συμποσίῳ. οὐδὲ πολιτεύσεται, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ Περὶ βίων· οὐδὲ τυραννεύσειν· οὐδὲ κυνιεῖν, ὡς ἐν τῇ δευτέρᾳ Περὶ βίων· οὐδὲ πτωχεύσειν. ἀλλὰ καὶ πηρωθεὶς τὰς ὄψεις καταξιοῖ αὐτὸν τοῦ βίου, ὡς ἐν τῇ αὐτῇ φησι. καὶ λυπήσεσθαι δὲ τὸν σοφόν, ὡς Διογένης ἐν τῇ ε̄ τῶν ἐπιλέκτων. καὶ δικάσεσθαι. καὶ συγγράμματα καταλείψειν· οὐ πανηγυριεῖν δέ. 120
καὶ κτήσεως προνοήσεσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος. φιλαγρήσειν. τύχῃ τε ἀντιτάξεσθαι, φίλην γὰρ οὐδένα κτήσεσθαι. εὐδοξίας ἐπὶ τοσοῦτον προνοήσεσθαι, ἐφ' ὅσον μὴ καταφρονήσεσθαι. μᾶλλόν τε εὐφρανθήσεσθαι τῶν ἄλλων ἐν ταῖς θεωρίαις. ** ἁμαρτήματα ἄνισα εἶναι. καὶ τὴν ὑγίειαν τισὶ μὲν ἀγαθόν, τισὶ δὲ ἀδιάφορον. τὴν δὲ ἀνδρείαν φύσει μὴ γίνεσθαι, λογισμῷ δὲ τοῦ συμφέροντος. καὶ τὴν φιλίαν διὰ τὰς χρείας· δεῖν μέντοι προκατάρχεσθαι (καὶ γὰρ τὴν γῆν σπείρομεν), συνίστασθαι δὲ αὐτὴν κατὰ κοινωνίαν μεγίσταις ἡδοναῖς ἐκπεπληρωμ⟨ένην⟩. τὴν εὐδαιμονίαν διχῇ νοεῖσθαι, τήν 121
τε ἀκροτάτην, οἵα ἐστὶ περὶ τὸν θεόν, ἐπίτασιν οὐκ ἔχουσαν, καὶ

22 φησὶν] ὥς φησιν Cobetus | ἐν τῷ συμποσίῳ om F | πολιτεύσεσθαι f || 23 τῇ α̅ F | τυραννεῦσιν F τυραννεύειν B¹ | κ[υνιεῖν] cum rasura B κινιεῖν F | ὡς om f || 24 δευτέρα BPQ, f β F β α H | πτωχεύειν B¹ | πηρωθεὶς PQFf πυρωθεὶς B π[υ]ρωθεὶς cum rasura idemque in margine H || 25 καταξιοῖ] μετάξει PQF μετέξει B μετέξει̅ i. e. μετέξειν corr H μεθέξειν f | αὐτὸν libri cum f | φησὶν H φ cum ἡ supra scripto PQ || 26 λυπήσεσθαι BP¹Q: λυπηθήσεσθαι FP²Hf | ὡς ... ἐπιλέκτων om F | ὡς BPQf: ὡς ὁ Hs | ε̅ B πέμπτῃ f: ιε̅ PH ιε΄ Q || 27 δικάσεσθαι f: δικάσασθαι BFPQH | καταλ[εί]ψειν cum recenti litura B ex καταλί** corr P² | πανηγυ[ριεῖν δέ] suppletum manu rec B || 28 καὶ κτήσεως libri: κτήσεως f. in B uerba καὶ κτήσεως ... μέλλοντος paene euanuerunt | προνοήσασθαι BH¹ | φιλαγρήσ[ει]ν cum litura B φιλάγρησιν P¹ || 29 ἀντιτάξεσθαι H²f: ἀντιτάξασθαι BFPQH¹ | φίλον BPQH φίλων Ff | γὰρ] τὲ ut PQ aut τε libri | οὐδένα BH οὐδὲν̅ i. e. οὐδένα P²: οὐδὲν P¹QFf | ἀδοξίας Q | ἐπὶ ex ἐπί corr P || 30 καφρονήσεσθαι H¹ | τὲ BFf δὲ PQH || 31 hiatum indicaui: τὰ suppleuit Cobetus, debuit saltem τά τε κατορθώματα καὶ τὰ || 32 ὑγίειαν PQH ὑγείαν Ff ὑγίαν euanidum B | ἀνδρείαν BF ἀνδρεῖαν f ἀνδρίαν PQH || 33 δὲ] δὲ καὶ H¹ || 34 ad marginem σφά(λμα) adnotat m rec B | γὰρ om F || 35 δὲ] δὴ statim corr P¹ | αὐτὴν cum o scr supra ἡ P¹ | μεγίσταις] ἐν τοῖς ταῖς BP¹Q ἐν ταῖς FP²Hf || 36 ἐκπεπληρων P¹Q ἐκπεπληρῶν B ἐκπληρῶν addit mg H: om FP²Hf || 37 οἷα H | ἐστὶν B

τὴν ⟨κατὰ τὴν⟩ προσθήκην καὶ ἀφαίρεσιν ἡδονῶν. Μετιτέον δὲ ἐπὶ τὴν ἐπιστολήν. εἰκόνας τε ἀναθήσειν. *εἰ ἔχοι, ἀδιαφόρως ἂν σχοίη. μόνον τε τὸν σοφὸν ὀρθῶς ἂν περί τε μουσικῆς καὶ ποιητικῆς διαλέξεσθαι. ποιήματά τε ἐνεργείᾳ οὐκ ἂν ποιῆσαι. οὐ κινεῖσθαί τε ἕτερον ἑτέρου σοφώτερον. χρηματίσεσθαί τε, ἀλλ' ἀπὸ μόνης σοφίας, ἀπορήσαντα. καὶ μόναρχον ἐν καιρῷ θεραπεύσειν. καὶ ἐπιχαρήσεσθαί τινι ἐπὶ τῷ διορθώματι. καὶ σχολὴν κατασκευάσειν, ἀλλ' οὐχ ὥστε ὀχλαγωγῆσαι· καὶ ἀναγνώσεσθαι ἐν πλήθει, ἀλλ' οὐχ ἑκόντα· δογματιεῖν τε καὶ οὐκ ἀπορήσειν. καὶ καθ' ὕπνους δὲ ὅμοιον ἔσεσθαι, καὶ ὑπὲρ φίλου ποτὲ τεθνήξεσθαι.

Τὸ ἑξῆς· Δοκεῖ δ' αὐτοῖς.

122 Ἐπίκουρος Μενοικεῖ χαίρειν. "Μήτε νέος . . . . ἐν ἀθανάτοις ἀγαθοῖς".

38 κατὰ τὴν post καὶ τὴν omiserunt libri: ἀνθρωπίνην, ἔχουσαν suppleuerat Meibomius | μετιτέον . . . 39 ἐπιστολήν hoc loco mouit et post u. 48 traiecit f | μετητέον B^{1}F || 39 ante εἰ desse obiectum uelut τέκνα πλοῦτον sim. censebam | ἔχοι non perspicue ut ἔχη legas F || 40 σχοίης libri cum f: correxit Kuehnius | ἂν post ὀρθῶς inclusit Cobetus || 41 διαλέξεσθαι BPH^{2}f: διαλέξασθαι FQH^1 | ἐνεργείᾳ] ἐνεργεῖν libri cum f. asteriscum lacunae notam praefixit Cobetus | ἐνεργεῖν ἑτέρου σοφωτέροισ F^1 ἐνεργεῖν, ἑτέρου σοφωτέρως. f omissis uerbis οὐκ ἂν ποιῆσαι enuntiatum οὐ κινεῖται . . . σοφώτερον in margine inferiore suppleuit et in textu ἑτέρου σοφωτέροισ deleuit F^2 | ποιήσαι P^2 | οὐ κινεῖται FPQHs οὐκ ἐινει τε B in cuius mg σφά(λμα): οὐκ εἶναι Sambucus et Aldobrandinus εἶναι Kuehnius || 42 τε BPQs Aldobrandinus τὸ H τὸ an τὲ F non liquet δὲ Sambucus | ἑτέρου ἕτερον Aldobrandinus | σοφωτέρως f σοφωτέροισ F^1 | χρηματιεῖσθαι Cobetus || 43 ἀπορρήσαντα H | μόναρχον] μόνον ἄρχων F || 44 ἐπιχαρήσεσθαι FPH: ἐπιχαρίσεσθαι BQf | ἐπὶ] ἐν F (non f) | conicias κατορθώματι || 45 ὀχλαγωγῆσαι BPQH: σχολαγωγῆσαι Ff sed in margine superiore γρ ὀχλαγωγῆσαι F γρ σχολαγωγῆσαι mg P^2. cf. adn. p. 330, 9 || 46 [ο]ὐχ cum litura F | ἑκόντα FP^{2}f: ἑκών BP^{1}QH igitur fort. scribendum ἀναγνώσεται | δογματι[εῖ]ν cum litura P | ο[ὐκ] cum ras B om f | ἀπορήσ[εἰ]ν ex ἀπορῆσ*ν P η ex corr B || 47 δὲ om f expunxit P^1 | ἔσεσθαι ⟨καὶ ὕπαρ⟩ G. Kernius *bemerkungen zum X buch des Laertius Diog.* (progr. gymn. Primislauiensis 1878) p. 14 | ποτὲ θνήξεσθαι f || 48 τὸ . . . αὐτοῖς libri: Ταῦτα δοκεῖ αὐτοῖς. μετιτέον δὲ ἐπὶ τὴν ἐπιστολήν. f | δ'] δὲ F || 49 μενοικεῖ P^{2}Hf μὲν οἰκεῖ F et in mg P^2: μὲν· οικε B μένοικε P^{1}Q

Μαντικὴν δ' ἅπασαν ἐν ἄλλοις ἀναιρεῖ, ὡς καὶ ἐν τῇ μικρᾷ 135
ἐπιτομῇ. καὶ φησί· Μαντικὴ οὖσα ἀνύπαρκτος, εἰ καὶ ὑπαρκτή, οὐδὲν παρ' ἡμᾶς ἡγητέα τὰ γινόμενα. Τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν βιωτικῶν· καὶ ἐπὶ πλείω διείλεκται ἀλλαχόθι.

Διαφέρεται δὲ πρὸς τοὺς Κυρηναϊκοὺς περὶ τῆς ἡδονῆς. οἳ 136
μὲν γὰρ τὴν καταστηματικὴν οὐκ ἐγκρίνουσι, μόνην δὲ τὴν ἐν κινήσει. ὃ δὲ ἀμφότερα**ψυχῆς καὶ σώματος, ὥς φησιν ἐν τῷ Περὶ αἱρέσεως καὶ φυγῆς καὶ ἐν τῷ Περὶ τέλους καὶ ἐν ᾱ Περὶ βίων καὶ ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἐν Μυτιλήνῃ φίλους ἐπιστολῇ. ὁμοίως δὲ καὶ Διογένης ἐν τῇ ιζ̄ τῶν ἐπιλέκτων καὶ Μητρόδωρος ἐν τῷ Τιμοκράτει λέγουσιν οὕτω· Νοουμένης δὲ ἡδονῆς τῆς τε κατὰ κίνησιν καὶ τῆς καταστηματικῆς. ὁ δ' Ἐπίκουρος ἐν τῷ Περὶ αἱρέσεων οὕτω λέγει· Ἡ μὲν γὰρ ἀταραξία καὶ ἀπονία καταστηματικαί εἰσιν ἡδοναί· ἡ δὲ χαρὰ καὶ ἡ εὐφροσύνη κατὰ κίνησιν ἐνεργείᾳ βλέπον-
ται. Ἔτι πρὸς τοὺς Κυρηναϊκούς· οἳ μὲν γὰρ χείρους τὰς σωμα- 137
τικὰς ἀλγηδόνας τῶν ψυχικῶν, κολάζεσθαι γοῦν τοὺς ἁμαρτάνοντας σώματι· ὃ δὲ τὰς ψυχικάς· τὴν γοῦν σάρκα τὸ παρὸν μόνον χειμάζειν, τὴν δὲ ψυχὴν καὶ τὸ παρελθὸν καὶ τὸ παρὸν καὶ τὸ μέλ-

51 δ' PQH: δὲ BFf | ὡς ... 52 ἐπιτομῇ om F | καὶ om B || 52 μαντικὴ F²f μαντικη B: μαντικὴν F¹PQH | [οὖ]σα cum ras B²: ὅσα PQH ὡς Ff, γρ mg P² | ανύπαρχος H¹ | εἰ BP¹QH: εἰ δὲ FP²f | ὑπαρκτική P² (etiam in mg γρ), f || 53 παρ' BFPQHf: πρὸς Meibomius | ἡγητέα τὰ] ἡγητά eraso postea ἡγη B¹ ἡγῆ τὰ FPQHf: ἡγητέον τὰ Meibomius ἡγοῦ τὰ errorem adnotationis Meibomianae recepit Cobetus ἤδη τὰ Gassendus | γενόμενα P¹Q | τὸ σαύτα H | καὶ περὶ] δὲ ἐπὶ H || 54 διέλεκται BP¹ διήλεκται f | ἀλλαχόθεν f || 55 τῆς om F || 56 ἐγκρίνουσι] ἐκρίνουσι B¹ ἐκκρίνουσι B² et fort. P¹ | μόνον H¹ | [ἐν] B² [ἐ]ν P¹ in rasuris || 57 ἀμφότερα BPQHf: ἀμφοτέραν (F?) Meibomius ἀμφοτέρας Gassendus | hiatum indicaui || 58 τέλους καὶ] τέλους H | α BPQHs: τῷ Ff τῷ ᾱ contaminando Aldobrandinus || 59 τοὺς ἐν] τοὺς ἐν τῇ H | μιτυλήνῃ BQHf μιτυ[λ] sscr ή cum litura P μιτυλίνῃ F | φί[λους] cum ras P² φίλου B¹ φιλοσόφους Gassendus | ἐπιστολῇ ex ·/ fecit ῇ P² || 60 ἐν ... ἐπιλέκτων om F | ιζ̄ BPQH ἑπτακαιδεκάτῃ f | μητρόδωρος FPQHf: δημόκριτος B | τιμοκράτ[ει] P² cum ras || 61 οὕτω] οὕτως f | δὲ] fort. διχῶς || 62 ἐν τῷ π. αἱρ. om F | αἱρ sscr έ primitus P (ων terminationem addidit P²) unde αἱρέσεως Q || 63 γὰρ om F | ἀπονοία F¹ ἀπον[ί]α cum ras B || 64 καὶ ἡ BPQH: καὶ Ff | ἐνεργείαι sic F || 65—68 Meibomii supplementa non adnoto.

λυν· οὕτως οὖν καὶ μείζονας ἡδονὰς εἶναι τῆς ψυχῆς. Ἀποδείξει δὲ χρῆται τοῦ τέλος εἶναι τὴν ἡδονὴν τῷ τὰ ζῷα ἅμα τῷ γεννηθῆναι τῇ μὲν εὐαρεστεῖσθαι, τῷ δὲ πόνῳ προσκρούειν φυσικῶς καὶ χωρὶς λόγου. αὐτοπαθῶς οὖν φεύγομεν τὴν ἀλγηδόνα· ἵνα καὶ ὁ Ἡρακλῆς καταβιβρωσκόμενος ὑπὸ τοῦ χιτῶνος βοᾷ

δάκνων ἰύζων· ἀμφὶ δ' ἔστενον πέτραι,
Λοκρῶν τ' ὄρειοι πρῶνες Εὐβοίας τ' ἄκραι.

138 Διὰ δὲ τὴν ἡδονὴν καὶ τὰς ἀρετὰς αἱρεῖσθαι, οὐ δι' αὐτάς, ὥσπερ τὴν ἰατρικὴν διὰ τὴν ὑγίειαν· καθά φησι καὶ Διογένης ἐν τῇ κ̄ τῶν ἐπιλέκτων, ὃς καὶ διαγωγὴν λέγει τὴν ἀγωγήν. ὁ δ' Ἐπίκουρος καὶ ἀχώριστόν φησι τῆς ἡδονῆς τὴν ἀρετὴν μόνην· τὰ δ' ἄλλα χωρίζεσθαι, οἷον βρωτά.

69 τῆς] τὰς τῆς Cobetus || 70 τῶ τὰ B τὸ τὰ PQH ὧ τὰ Ff, mg γρ P^2 | ἅμα τὸ B^1 | γενηθῆναι B || 71 τῇ μὲν] τὴν μὲν f, γρ P^2 | εὐαρεστῆσθαι F | γόνῳ F || 72 φεύγωμεν B | ἵνα om B || 73 ἡρακλεῖς B | χιτῶνος FP^2Hf: χειμῶνος P^1 (et in mg [εἶ]χεχειμῶνος P^2) Q χειμόνος B | βοᾷ ... 74 ἰύζων om f | βυᾷ Menagius: βοῇ libri sed βοн sine acc B βο[ῇ] cum ras P^2 || 74 sq. Soph. Trach. 787 sq. | 74 δάκνων libri: βοῶν Soph. δακρύων Casaubonus δεινῶς Menagius λάσκων Dobraeus | ἰύζων B^2FQH [ἰ]ύ[ζ]ων cum lituris P^1: ἤυξων (ex νυξων, ut coni. Bywaterus) B^1 | δέστενον F δὲ στενὸν P^1 | ἔστενον] ἐκτύπουν Soph. | πέτρα P^1 || 75 Λοκρῶν τ' FP^2QHf Λοκρῶν τε BP^1: Λοκρῶν Soph. | ὅριοι B ὁριοι P^1 | πρῶνος P^1 | ἄκραι BP^2QH Soph. ἄκρα Ff. in P uu. τ' ἄκραι. Διὰ primitus sic scripta τακ'ρᾳδι (α supra), correxit αι super ρ et prosodiam adiciendo P^2 || 76 διὰ] ἀδεαὶ Q | ἀρετὰς] τέχνας f | οὐ δι' αὐτάς] οὐδ' ἑαυτὰς ut uid. P^1 | αὐτὰς BP^2Qf | 77 καθά φησι omissum supra uersum addit F | ἐν τῇ ἐπιλέκτω κ̄· F ἐν τῇ εἰκόστῃ ἐπιλέκτῳ. f | κ̄ BPQH ut F || 78 ἀγωγὴν] ἀρετὴν Meibomius | ὁ δ' ... 80 βροτά omissa in marg inferiore supplet F || 79 καὶ ἀχώριστον om f | φησὶ τὴν ἡδονὴν μόνην τῆς ἀρετῆς. f || 80 χωρίζεσθαι] γνωρίζεσθαι f | βρωτά B^2PQH: βροτά B^1F βρατά f. fort. βρωτὰ ⟨τινά⟩.

iam praemissa breui introductione, quam p. 68 dedi, Epicuri sententiae selectae secuntur, quibus finitis Laertii opus nullo uerbo addito clauditur.

in his igitur plura iam olim supinae neglegentiae patebant indicia, ut locus ex intima ethice petitus u. 31—38 in mediam de officiis sapientis disputationem abiectus et clausula epistulae III (u. 53 sq.) interpositis de diuinatione

uerbis (u. 51—3) a fine epistulae dirempta. nunc quae huc usque Frobenii interpolatio oblitterauerat signa clara accedunt transitionis formula μετιτέον δὲ ἐπὶ τὴν ἐπιστολήν (u. 38) longe a loco suo (u. 47) traiecta et usitata illa librariorum admonitio (u. 48) τὸ ἑξῆς· Δοκεῖ δ' αὐτοῖς —. quae si reputaueris, statim uideas quid acciderit. Libros de uitis philosophorum multo antiquiores, nempe Neronis aut Flauiorum tempore ad mulierculam doctam[1] qualis Pamphila fuit scriptos, editor (Laertium licebit dicere) antequam in officinam librariam mitteret, auxerat libellis IV Epicureis adiectis et doctissima de sapientis secundum Epicurum officiis epitome. hanc epitomen charta interposita non capiebat, ultimae eius sententiae margini in ea pagina uetustioris uoluminis adscribendae erant, quae a uerbo u. 31 ἁμαρτήματα in media sententia incipiebat. editor quod u. 1—3 indicat Epicuri epistulam moralem se adpositurum praemisso περὶ τοῦ σοφοῦ loco, recte indicauit, ipse quae additurus esset, non recte quae daturus erat. sane, illa cum scriberet, etiam dogmatum moralium summarium aeque atque physicorum conspectum uidetur reicere uoluisse: postquam inspexit, ut erat ethices Epicureae admirator (cf. X 138 infra p. 68), omittere non est ausus. igitur extremo de sapientis officiis loco, ut dixi, marginibus adscripto librarios monuit, ut ad initium ueteris illius summarii Δοκεῖ δ' αὐτοῖς ⟨περὶ τῶν βιωτικῶν⟩ oculos referrent. huic autem summario interponendam epistulam destinauerat ibi ubi nunc formula transitionis Μετιτέον κτλ. legitur, ut sola appendix quae de Epicurei et Cyrenaici dogmatis differentia est (cf. adn. p. 271, 6) epi-

1 mulieris adlocutionem in Laertii uerbis III 47 inesse qui certatim obseruauerunt, Aldobrandinus Casaubonus Reinesius (Var. lect. II 12 p. 223 sq.), ipsum Laertium Diogenem isti mulieri φιλοπλάτωνι, cuius etiam nomen Arriam eruisse Ionsius sibi uidebatur scrr. hist. phil. III 12, 8 p. 70 sq., opus decem librorum dedicasse arbitrabantur: tamquam adlocutionem eius, quem quis illo honore afficiat, in medio libro abscondi potius quam fronti ornamentum praefigi deceat. sed hunc errorem illi saeculo facile ignoscimus.

stulam sequeretur et a sententiis separaret. nimium a librariis postulatum erat: qui schedas ab editore additas stupida cum fide descripserunt, neglexerunt ueteris summarii maiorem partem, siue eos latuit siue compage soluta interciderat. uetustioris igitur uoluminis haec fere forma fuerat: incipiebat caput de dogmatis ethicis a uerbis Δοκεῖ δ' αὐτοῖς [περὶ τῶν βιωτικῶν] * * * usque ad [τά τε κατορθώματα καὶ τὰ], quae continuabantur ultimis schedis superstitibus

> ἁμαρτήματα ἄνισα εἶναι. καὶ τὴν ὑγίειαν τισὶ μὲν ἀγαθόν, τισὶ δὲ ἀδιάφορον. τὴν δὲ ἀνδρείαν φύσει μὴ γίνεσθαι, λογισμῷ δὲ τοῦ συμφέροντος. καὶ τὴν φιλίαν διὰ τὰς χρείας· δεῖν μέντοι προκατάρχεσθαι (καὶ γὰρ τὴν γῆν σπείρομεν), συνίστασθαι δέ αὐτὴν κατὰ κοινωνίαν μεγίσταις ἡδοναῖς ἐκπεπληρωμ⟨ένην⟩.
> τὴν εὐδαιμονίαν διχῇ νοεῖσθαι, τήν τε ἀκροτάτην, οἵα ἐστὶ περὶ τὸν θεόν, ἐπίτασιν οὐκ ἔχουσαν, καὶ τὴν ⟨κατὰ τὴν⟩ προσθήκην καὶ ἀφαίρεσιν ἡδονῶν.
> διαφέρεται δὲ πρὸς τοὺς Κυρηναϊκοὺς περὶ τῆς ἡδονῆς. οἱ μὲν γὰρ . . . . . . τὰ δ' ἄλλα χωρίζεσθαι οἷον βρωτά.
>
> margini adscribebantur reliqua de officiis sapientis u. 39 εἰκόνας τε ἀναθήσειν . . . 47 ποτὲ τεθνήξεσθαι. Τὸ ἑξῆς· Δοκεῖ δ' αὐτοῖς
>
> Μετιτέον δὲ ἐπὶ τὴν ἐπιστολήν.

quae epistulam excipiunt sententiae de diuinatione nescio quomodo eo deuenerint, nisi ex scholio ampliore olim ad epistulam praecedentem 134 p. 65, 12—15 adscripto relicta sunt.

quae ethicis praemittitur de officiis sapientis epitome, ut dixi, doctissima est et ex optimo fonte petita. hunc apparet similem de uitis et dogmatis philosophorum librum fuisse eademque fata expertum atque uolumen a Laertii librariis expressum. pristinum enim textum additamentis non minus doctis multis auctum esse, ut de eisdem rebus sententiae iam aliae alibi legantur et plerumque ordinis ne umbra quidem seruetur, nemo iam non uidet. breuissimus enim fuit pristinus textus, uelut, ut uno exemplo defungar, § 118 sq. olim haec tantum probabile est tradita fuisse

u. 10 μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφόν, καὶ ἐπὶ φίλοις καὶ παροῦσι καὶ ἀποῦσιν ὁμοίως διά τε λόγου * * [1]

14 οὐδὲ κολάσειν οἰκέτας, ἐλεήσειν μέντοι καὶ συγγνώμην τινὶ ἕξειν τῶν σπουδαίων.

15 ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν οὐ δοκεῖ αὐτοῖς, οὐδὲ ταφῆς φροντιεῖν.

20 κατὰ περίστασιν δέ ποτε βίου γαμήσειν.

statim nouissimae sententiae gemellam habes postea additam hanc

l. 19 καὶ μὴν καὶ γαμήσειν καὶ τεκνοποιήσειν τὸν σοφόν, ὡς Ἐπίκουρος ἐν ταῖς Διαπορίαις καὶ ἐν ταῖς Περὶ φύσεως.

ea arctius coniungitur cum sententiis de amore, quae plures additae erant ad u. 15 in margine:

u. 12 γυναικί τε οὐ μιγήσεσθαι τὸν σοφὸν ᾗ οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσιν, ὥς φησι Διογένης ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Ἐπικούρου ἠθικῶν δογμάτων.

16 οὐδὲ θεόπεμπτον εἶναι τὸν ἔρωτα, ὡς Διογένης[2] ἐν τῷ *.

17 συνουσίην δέ φασιν ὀνῆσαι μὲν οὐδέποτε, ἀγαπητὸν δὲ εἰ μὴ καὶ ἔβλαψε.

cetera quoque quae interposita leguntur, aliorsum pertinent: u. 11 ὅτε μέντοι στρεβλοῦται, ἔνθα καὶ μύζει καὶ οἰμώζει non falso id quidem (cf. fr. 66) sed tamen maleuole a lectore aduersario adscriptum erat ad l. 9 κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ σοφός, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα, qua re etiam forma insolita enuntiati post additi sponte explicatur; l. 17 οὐδὲ ῥητορεύσειν καλῶς eis quae u. 27 leguntur καὶ συγγράμματα καταλείψειν· οὐ πανηγυριεῖν δέ subiungendum erat.

sed ut summam colligamus, etiamsi uetustius illud opus, quod Laertii librariis exemplar fuit, constat similem siue incuriam siue iniuriam antea passum esse, tamen illae turbae quas interpositae Epicuri epistulae concitarunt, maiores sunt quam quas editorem quamuis neglegentem, si in exemplari inuenisset, credas patienter laturum fuisse. igitur

---

1 finis sententiae additamento et hic et alibi expulsus est.

2 etiam tertiam huius Diogenis sententiam u. 25 καὶ λυπήσεσθαι δὲ τὸν σοφόν ipsa sedes arguit additamentum marginis fuisse.

si nouissimus editor libros Epicuri inseri iussit, iam non dubitabimus Laertio Diogeni[1] et huius doni gratiam referre et neglegentiae quamcumque ea in re commisit ueniam habere.

Quodsi quattuor hi libelli uetustatem non tulissent, ad interiorem profecto disciplinam Epicuream aditus nobis praeclusus esset. nam qui physicam saltem partem unus luculentissime explicat, T. Lucretius Carus et carmen scripsit et eo consilio ut popularium animos huic philosophiae conciliaret rudesque adhuc institueret, et potius quales fortasse ipse audierat scholas quam auctoris περὶ φύσεως libros exprimit, quos si adiit, singularum rerum caussa inspexit; unde fit ut non solum canonica sed etiam in physicis res difficiliores a poesi prohibeat[2]. contra hi libelli non discentibus, sed scientibus scripti iuuandae memoriae caussa eoque multifariam nobis obscuri etiam penitiores philosophiae locos attingunt, maxime primus. Commentario tamen hos libros explanare nec potui nec uolui; scribet eum qui disciplinam Epicuri accurate inuestigatam enarrabit: ego eis qui intellegere ipsi uolent subsidium interpretationis (p. 374 sqq.) paraui, ubi cum singulis capitibus conlata inuenient et fragmenta et Lucreti ceterorumque testimonia. sed in qua re quasi cardinem uerti et difficultatem aut omnem aut maximam sitam esse nemo non sentiat, explicationem uerborum non potui, ne si uellem quidem, alienam ab officio meo iudicare. sane si uoluminibus illis integris uteremur, quibus Epicurus singulas disciplinae partes uberiore disputatione tractauit, cautum erat ne obscuriora nimis multa relinquerentur. nunc ex tanta librorum copia ei soli relicti sunt libelli, quibus amplissimorum librorum argumentum in breuissimam admonitionis formulam redactum est. obticuit uox magistri uim uerborum definientis. neque in Platonis Aristotelisque sermone nisi rarissime quicquam est praesidi. artis enim suae uocabula

---

1 aliter F. Nietzschius iudicauit in progr. Basil. s. s. p. 5 sq.
2 cf. de his rebus I. Bruns *Lucrez-studien* Friburgi Brisg. 1884.

Epicurus cum ab eis sumpsit scriptoribus, quorum libris caremus, ueluti Nausiphane, tum ipse inuenit. condendum igitur erat glossarium, quo uerborum usus quam fieri posset plenissime componeretur, ut loci coniuncti alius alium inlustrarent; adferenda erat aliorum dictio cum sectatorum tum aduersariorum tum similia professorum. inter quos Sextus empiricus non caret utilitate. namque unus est fons, unde simul et Epicuri canonice et medicorum empiria et Pyrrhonis dubitatio fluxit, Abderitarum uel Democriteorum disciplina. denique non neglegenda erat uerborum apud scriptores Latinos Lucretium et Ciceronem interpretatio. hanc aerumnam quod exanclandam mihi uidebam, non ita aegre tuli. nimis enim quam dulce est sapere cum saeculo. atque haec me maxime spes erigebat, non solum Epicuro rectius intellegendo sermonique graeco pernoscendo utilem operam meam qualem cumque, sed etiam reficiendis uoluminibus Herculanensibus praesidium tantum non necessarium fore.

Ex his libellis primus, epistula ad Herodotum, Epicuri de rerum natura doctrinae fons sincerissimus, ab omni suspicione longe remotus est. reliquis ut fidenter et recte uti possimus, non nullae dubitationes disputatione nostra simul et mouendae et remouendae erunt.

De secunda ad Pythoclem epistula lepidum extat Schneideri Saxonis iudicium, 'multo elegantiorem scripturam atque ingenio Epicuri digniorem illam' (quam primam) esse uel propterea, quod ad adulescentem pulcherrimum pulchra danda fuerit; 'fuisse enim Epicurum acerrimo pulchritudinis sensu in sexu utroque praeditum et ad scribendum instigatum'. at ea scriptio non solum indigna est Epicuro sed quae ne potuerit quidem ab eo scribi. quod si quis uel epistulae primae uel uoluminum Herculanensium lectione inbutus fuerit, semel admonitus facillime intelleget. una poterat obseruatio sufficere. nullum in epistula prima aut enuntiatum est aut caput quin apta coniunctione cum superiore conectatur; quodsi ad nouum caput transitus fit non ipsa sententiarum ratione coniunctum, ne sic quidem

umquam formula coniunctionis deest uelut ἀλλὰ μὴν καί, καὶ μὴν καί similes. secundam epistulam qui scripsit, nisi quod δὲ bis admisit p. 49, 9 et 54, 13 (nam 48, 11 huc referri nequit), hanc quasi legem secutus est, ut nullum caput superiori conecteret, etiamsi res ipsae uinculo arctiore continerentur: quod nisi Gassendum latuisset, non illum p. 44, 9 ἔτι τε πνεύματα terminatio corrupta in eum errorem induxisset, ut inserto γίνεσθαι δύναται nouum caput, de uentis scilicet, inchoaret. haec autem scribendi ratio non eius est qui sua promit, certe non Epicuri, sed eius qui aliena conpilat longiorisque disputationis summam conprehendit. atqui hunc conpilatorem manifesto tenemus, cum locum qui est de sideribus superiore parte (90—98) tractatum infra 111 (p. 52, 4)—116 retractat, ut praetermissa suppleat. dubitari potest, eandemne librorum περὶ φύσεως disputationem qua antea usus erat repetierit an iterata in Epicuri libris disputatio caussa retractationis fuerit: neque enim mirum, si in XXXVII illis libris et paullatim per spatium circiter XV annorum et singillatim scriptis editisque plus semel ad locos grauiores scriptor delatus est, id quod constat in libro XXVIII euenisse. sed si contuleris quae de signis tempestatium generatim p. 43, 12 sq., explicatius p. 54, 13 leguntur, non iam dubitabis mecum utrumque ex eodem Epicuri loco repetere. quid quod uel caussa quae conpilatorem illuc retulerit hodieque diuinari potest. mirum ordinem, quo 111 sq. primum cometae, dein stellae fixae et motus errantium, postremo stellae cadentes iterumque signa tempestatium tractantur, qua ratione explicabis? medium inter sidera et quae proprie meteora dicimus locum stellae crinitae (κομῆται) et cadentes (διᾴττοντες, διαθέοντες) tenere uidentur: has ut Aristoteles (meteor. I 4. 6 sq.) et Aetius (III 2) fecere, ita epitomator inter meteora referendas censuit, Epicurus aut egregie fallor aut inter sidera tractauerat. in hunc igitur locum remissus conpilator postquam de cometis rettulit[1], indidem de sideribus

1 hoc loco quod oratio p. 52, 8 e recta in obliquam subito

olim neglecta repetiit ordine rerum non curato. his caussis olim mihi persuaseram epistulam ad Pythoclem non esse scriptam ab Epicuro sed conpilatam ex Epicuri libris, fictam a sectatore quodam. nunc Philodemi testimonio (uide p. 34) constat iam inter ipsos Epicureos dubitatum esse rectene ea magistri nomen prae se ferret.

conpilatam dico ex Epicuri περὶ φύσεως libris. nihil enim praeter prooemium uideo epistulae inesse quin potuerit eisdem uerbis Epicurus scribere. immo quaeuis sententia clamat longiorem et accuratiorem disputationem in breuiarium contrahi. nauseam nunc legenti gignit quod ratio rerum sublimium tractandarum postquam initio explicata est 86 sq. (cf. ep. I 80), in libello tam breui totiens iteratim inculcatur: Epicuro res sublimes primum tractanti pro se suaque ratione pugnandum erat, et cum rerum terrenarum et obseruabilium similitudines esse plures doceret, unde pari probabilitate meteora explicarentur, praecipiendum ubique erat in hac cognitione acquiescere nos oportere. Lucretius modo plus modo minus exhibet quam epistulae scriptor, ut ex argumento epistulae p. 381 sqq. discripto facile intellegitur: neuter integrum rerum ab Epicuro tractatarum conspectum tradidit, coniungendi sunt ut pleniorem memoriam colligamus. igitur omnibus rebus, paene dixerim uerbis quae in hoc libello non Epicureo insunt, secure licebit ut Epicureis uti. neque credo fore qui mihi obiciant Berosi et Chaldaeorum de luna sententias p. 41, 1 expressas. ut enim uerum sit quod Vitruuius testatur IX 7 p. 232, 14 Rosei, Berosum primum astrologiam in Graeciam aduexisse, ne sic quidem ulla erit dubitatio quin Epicuri de natura rerum libri, quorum undecimus et duodecimus breui ante a. 300 scripti sunt, et scriptori huius epistulae et Lucretio suppeditare potuerint quae ex Chaldaea

---

uertitur, conpilatoris culpa accidisse nequit; non dubito quin ex scholio illud quod orationis formam turbat supplementum inlatum sit. sed de re ipsa errasse me nunc uideo. non bis idem dicitur, sed tertia ratio additur, cf. p. 389.

doctrina sumpta tradunt. Theophrasto certe Chaldaeorum ars coniectrix nota fuit, qui, cum Aristoteles anal. pr. II 27 p. 70^b 7 sqq. ex arte physiognomonum exemplum petiisset coniecturae ex signis capiundae, in libro περὶ σημείων eodem consilio famosam siderum interpretationem nuper exortam tractauit (cf. Proclus in Plat. Tim. p. 285 sq.). neque ullo modo obstare quae de Berosi temporibus feruntur[1] iam Salmasius exercc. Plin. p. 456 cf. 462 (ed. 1689) intellexit. quid quod Cicerone teste de diuin. II 42, 87 'Eudoxus Platonis auditor, in astrologia ... facile princeps' Chaldaeorum fraudes damnauit? non habeo cur fidem testi, qualis est Carneades, derogem. at Eudoxus uir longe peregrinatus poterat famam illius artis accepisse ante quam in Graecia ipsa exerceretur. ergo cum nihil obstet quominus omnia ex Epicuri libris excerpta esse statuamus, epistulam II in eo librorum genere ponemus quod neque Democrito neque Aristoteli defuit, a Thrasyllo bene notatum his uerbis apud Laertium Diogenem IX 49 τὰ δ' ἄλλα ὅσα τινὲς ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν (Democritum), τὰ μὲν ἐκ τῶν αὐτοῦ διεσκεύασται, τὰ δ' ὁμολογουμένως ἐστὶν ἀλλότρια.

Necessarium officium idque difficile et mihi inchoatum tantum haec epistula interpreti inponit, ut auctores rationum, quas singulis rebus uarias Epicurus adhibuit, indaget. ualde enim erraret qui has omnes Epicurum commentum esse existimaret. quae pleraeque ita cum sententiis tum Leucippi Democritique tum ceterorum physiologorum conueniunt, ut certo certius sit Epicurum eas ut quaeque probabilitate commendari uidebatur eligere solitum esse. quam ob rem et haec epistula et Lucreti libri V et VI quanta possint ad perspiciendas ueterum rationes utilitate esse, modo de auctore sententiae constet, nemo non intelleget[2]. elegisse autem Epicurum perquisitis omnium physiologorum libris

---

1 cf. C. Muellerus Frr. hist. gr. t. II p. 495, Schneiderus Saxo ad Vitruu. IX 2 t. III p. 187.

2 Hermannum Diels uideo hoc fonte uti ad Doxogr. p. 25, 2.

quis credat? quem etsi Democriti et Democriteorum, Anaxagorae et Archelai (cf. fr. 240) opiniones facile concedemus ipsum ex illorum libris nouisse, reliquorum ut cognosceret rationes consentaneum est librum ei ad manum fuisse, quo conpositas et conparatas nullo negotio inueniret, hoc est Theophrasti φυσικῶν δόξας.

Tertiam ad Menoeceum epistulam Epicurus cura plane singulari expoliuit. neque enim solum periodos membris aequabiliter cadentibus uerborumque eleganti acumine distinxit sed etiam hiatu uitando tantum non legem Isocrateam sibi inposuit. hiatum enim non admisit nisi legitimum post articulum οἱ ἥκιστα 63, 20 particulam καί (ante ἀπὸ 63, 2 ἐπεὶ 63, 4 ἐπὶ 63, 3 ὁ 61, 21 ὅτι 63, 20 οὐ 63, 5. 64, 3 οὐχ 64, 10 οὐδέποτε 66, 7 ὑγιείας 64, 4 ὕδωρ 64, 1 ὠφέλειαι 60, 11) coniunctiones ἢ 66, 2 μὴ 63, 18 ὅτι 63, 19 praepositionem περὶ (αὐτὸν 60, 3 ἡμᾶς 62, 17 οὓς 61, 9); uel in pausa rarissime hiat oratio (62, 9 et 11). non huc pertinent οὐκέτι (61, 10) et μηκέτι, quoniam apostrophon patiuntur, quem in uerbis μηκέτ' εἶναι 59, 7 Clemens, fr. 204 p. 162, 5 Iohannes Stobaeus testatur. qui relinquebantur hiatus aut editorum neglegentia ut 66, 22 μὴ ἀλγῶμεν a Gassendo suppletum, aut uitiosa librorum lectione nati sunt ut 60, 10 βλάβαι αἴτιαι et 64, 20 διδάσκουσαι ὡς ubi Epicurus nisi διδάσκουσα ὡς id est διδάσκουσ' ὡς scribere non potuit. restant loci tres 62, 1 ἀπέρχεται ἐκ τοῦ ζῆν ubi praepositionem non dubitaui delere cf. Lucianus dial. mort. 6, 1 et Toxar. 58 ἀπελθεῖν τοῦ βίου Demon. 4 ἑκὼν ἀπῆλθε τοῦ βίου; 63, 11 οὐ πᾶσα μέντοι αἱρετή, ubi non minus prompta erat medela μέντοι γ': nam legem a Porsone ad Eurip. Hec. 1214 Phoen. 1638 edictam neque ueteres ita secuti sunt ut neglegere non licitum existimarent (cf. Eurip. Iph. T. 720 Aristoph. Thesmoph. 709), et posteriores inde a Platone et Aristotele magis magisque neglexerunt, praesertim sicubi hiatus effugiendus erat[1] cf. H. Hoefer De particulis Platonicis capp.

---

1 ea caussa Philodemo fuit VH² I f. 86 III 102 VII 116 X 101

sel. (diss. Bonn. 1882) p. 37 sq. et H. de Rohden in Commentationibus societatis philologae Bonnensis a. 1873 editis p. 73 sq. 87, Epicuri autem unum saltem exstat testimonium in libro π. φύσ. XXVIII VH² VI f. 51, 10 καί τ[οι] γε οὐκ ἐ[π]ελελόγιστο; denique 63, 22 οἱ γὰρ λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἀηδίαν ἐπιφέρουσιν quem locum unum reliqui, quoniam uiolentiore medela, traiecto adiectiuo ἴσην post ἀηδίαν opus est.

his obseruationibus non mirer si quis abusus propter ipsam stili elegantiam ab Epicuro non solum neglectam sed etiam contemptam (cf. p. 88, 17) epistulam tertiam in suspicionem uocet. nempe multos hodieque latet, quantum discrimen inter duo sermonis pedestris genera intercedat, quae ex Aristotelis tempore a scriptoribus graecis non paucis simul coli uidemus: eos dico libros quos publice edebant ut ab hominibus elegantioribus legerentur, et eos quos sibi suisque philosophi maxime scribebant, quos ὑπομνήματα Graeci, Romani commentarios dixerunt. ex genere hypomnematico cum Epicuri scripta longe pleraque fuerint, facile intellegitur quam recte ueteres eius in scribendo neglegentiam et incuriam uituperauerint. eundem si uellet etiam diligenter adeoque eleganter scribere potuisse quis negauerit? non obliuiscemur Epicurum Nausiphanis discipulum fuisse, qui quantam curam institutioni oratoriae inpenderit, notum est (cf. p. 414[a]). neque dubia sunt uestigia, etiam alias epistulas eo consilio ab illo expolitas esse ut publice spargerentur. idem acutae simul et elegantis dictionis studium in fragmentis haud paucis obserues[1] et in sententiis selectis, uitatum hiatum etiam in fragmentis libri περὶ τέλους[2]. Sed ultra probabilitatem licet emergere. testes enim epistulae morali parati sunt non solum Clemens Alexandrinus et Laertius (p. 58), sed etiam L. Seneca (uide

rhet. IV 2 c. 37, 6 et in VH¹ V 1 c. 30, 12: idem etiam ante consonam εἰ μέντοι γε τῶν θεῶν rhet. IV 2 c. 35, 2 al.

1 cf. fr. 135. 204. 207. 488. 490 al.

2 hiatus uitiosus abest a sent. I—VII. IX. X. XVI al. cf. fr. 204. non numquam conlocatio uerborum illud studium prodit, ueluti p. 77, 6.

infra p. LVI), Sextus empiricus hypot. III 229 (uide subsidium interpret. p. 391 ad p. 61, 5), Lactantius (ibid.), Ambrosius. et hic quidem loco satis memorabili duas huius epistulae sententias exprimit hisce uerbis epist. (classis I) LXIII 19 t. I p. 1027[d] ed. Maurin. *clamat ergo ille* (Epicurus), *ut Demarchus adserit, quia non potationes neque comissationes nec filiorum soboles* (sic) *nec feminarum copulae nec piscium copia aliorumque huius modi quae splendido usui parantur conuiuii, suauem uitam faciant sed sobria disputatio. denique addidit, quod ii copiis conuiuii moderate utantur qui non immoderate eas quaerunt. suco solo et pane uel aqua qui libenter utitur, despuit deliciarum epulas, quia multae ex his generantur molestiae.* his manifestum est primo epistulae III locum § 132 p. 64, 12 οὐ γὰρ πότοι . . . 15 λογισμός, dein eiusdem § 130 p. 63, 19 ἥδιστα πολυτελείας ἀπολαύουσιν οἱ ἥκιστα ταύτης δεόμενοι latine uerti satis indocte, postremo fragmenti 181 (cf. p. 346, 19) sententiam breuiuscule reddi. haec igitur Ambrosius non ex Epicuro se ipsum sustulisse sed Demarcho cuidam debere fatetur. quod nomen cum inter philosophos graecos auditum non sit, facilis est, ne dicam necessaria coniectura eaque iam ab editoribus Maurinis proposita, non istum Demarchum, sed Hermarchum auctorem Ambrosio fuisse. quod si recte statuimus, testem nancti sumus locupletissimum ipsum Epicuri successorem librorumque heredem.

Agmen claudit quasi κολοφὼν ut ait Laertius ἐπικείμενος libellus uere aureus Κύριαι δόξαι. continet ille disciplinae Epicureae de rebus grauissimis praecepta et ad uitae tranquillitatem maxime necessaria[1] in breuem pleraque formulam redacta. Epicurus enim, qui discipulos grauissima quaeque praecepta memoriae mandare et firmiter tenere iuberet[2], curare debuit ut ea uerbis et perspicuis

1 τὰ κυριώτατα Epicuro non solum res ipsae sunt ut ep. I p. 3, 7. 28, 16. 29, 14 sed etiam praecepta de eis ut ibid. 31, 2 μνήμην τῶν ὅλων καὶ κυριωτάτων et 32, 5 τὴν ἅμα νοήματι περίοδον τῶν κυριωτάτων cf. 3, 14 ἡ κυριωτάτη ἐπιβολή.

2 uide maxime ep. I 36 et cf. ib. 83 (p. 31, 18) II 85 (35, 16.

et breuibus conciperet. non defuisse ei hanc artem uidimus, et libros eius plerosque talibus effatis distinctos fuisse probabile est. quid igitur mirum quod libellum grauissimas Epicuri sententias conplexum sectatores in sinu gerebant et, quod Cicero de fin. II 7, 20 (p. 69) testatur, ediscebant. celeberrimus fuit omni antiquitate, ut apparet ex testimoniis p. 68 sq. 394 sqq. conpositis, idque etiam ante Ciceronis Philodemique aetatem. iam tunc multa ac diuersa libelli exempla ferebantur, de lectionis discrepantia disputabatur (u. adn. 72, 1), de ueritate sententiarum certabatur fuerantque ταῖς Κυρίαις δόξαις ἀντιγράφοντες (Philodemus infra p. 68). nec uana coniectura ex Cicerone colligetur, ne Carneadis quidem tela huic libello defuisse.

ratas sententias secundum interpretationem Tullianam de fin. II 7, 20 (uide p. 69) Gassendus uocauit et cum eo plerique uocant, ego *selectas* dicere malui nisus non solum eiusdem Ciceronis de nat. deor. I 30, 85 auctoritate sed eo maxime, quod re uera selectae eae sunt ex ingenii Epicurei monumentis. hoc Epicurum ipsum quantumuis memoriae discipulorum prospicientem quis credet instituisse? nisi forte ipsum Hippocratem aphorismos, Aristotelem problemata credet ex suis familiariumque libris excerpta conposuisse. Epicurus enim quo modo de rebus grauissimis breuiter dicturus fuerit, discimus ex epistula tertia. has sententias qui conposuit, sane praecepta duo principalia de dis et de morte curauit ut frontem libelli ornarent, etiam tertium et quartum suo loco posuit, ita ut ἡ τετραφάρμακος (uide p. 69) iam praesto esset: idem tam inconsulto cetera administrauit, ut primaria doctrinae capita praetermitteret, admitteret secundaria. uelut illa de rebus publicis quae sent. XXXII et magis etiam quae s. XXXVII sq. docentur nemo profecto inter potiora disciplinae Epicureae habebit, quae administrationem rei publicae dissuadebat[1].

116 (55, 1). Laertius Diog. x 12 (p. 365, 18) ἐγύμναζε δέ, φησί (Diocles), τοὺς γνωρίμους καὶ διὰ μνήμης ἔχειν τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα.

1 fr. 551 sqq. cf. sent. XIV. anceps est philosophi iudicium sent. VI sq.

contra siquidem mortem nil ad nos pertinere Epicuro firmissimum uitae beatae praesidium fuit, non minus necessaria fuerunt eius sententiae fundamenta ex physicis petenda, corpora et inane esse naturam rerum, tertiam naturam nullam esse rerum, animam corpoream, igitur et natiuam et mortalem esse: nihil horum attigit conpilator, qui physica omnia spreuit, adsciuit canonica. neque solum rerum delectus alienam manum prodit. insunt enim sententiae, quas ut in continua disputatione scriptas facile et intellegas et feras, ita libello memoriter ediscendo ineptissimas iudices, ut X. XX. XXIV et quattuor postremae. non ego somnia narro. in Epicuri περὶ φύσεως uolumine incerto illo, cuius reliquias Gomperzius in Studiorum Vindobonensium t. I p. 28 sqq. concinnare studuit, haec habemus p. 31, 124 (VH^2 VI f. 68 c. XIII) ἦν δὲ τὸ ἐξ ἡμῶν ἐπαίσθησις τοῦ Εἰ μὴ ληψόμεθα τίς ὁ κανὼν καὶ το[ὐ]πικρεῖν[ο]ν πάντα τὰ διὰ τῶ[ν] δοξῶν περαινό[με]να ἀλλ' ἀκολ[ο]υθήσομεν [ἀ]λόγως ταῖς τ[ῶ]ν πολλῶν φ[ο]ραῖ[ς], οἰχήσετ[α]ι πάντα καθ' ἃ διε[νοού]μεθα τί καὶ ὑπεροχὴ [καὶ ἐλλεῖπον] * * : ubi quod pro infinitiuo οἰχήσεσθαι insolentissime indicatiuus scribitur, quo tandem modo putas fieri potuisse, nisi sententiam certis uerbis conceptam suisque et libris et scholis frequentatam Epicurus legentibus in memoriam reuocaturus ideoque inmutatam adpositurus erat? praesto igitur est κυρία δόξα genuina, quam Epicurus ipse testetur. sed ea etsi fuit dignissima quae reciperetur et illis est simillima sententiis quae inter has Κυρίας δόξας receptae sunt n. XXV et XXII, in his tamen nunc desideratur neque umquam opinor infuit.

in ipsa quoque forma libelli certum est originis indicium. is enim est sententiarum ut delectus ita ordo, qui a conditore sectae fieri minime potuerit. ethica canonica politica miro modo permixta uideas, ratione coniuncta loco disiuncta, re uera ἀπὸ τύχης καὶ αὐτομάτως coniectis (p. 342, 8) similiora quam scriptis consilio et ordine. nec paucarum sententiarum bina extant exempla: eaedem sunt sententiae uerbis diuersae, non re, utpote a scriptore gra-

uissima quaeque usque quaque decantare solito aliter alibi expressae [1] III = XVIII, XI = XII = XIII, XV = XXI, XIX = XX, XXVI = XXX, XXVII = XXVIII, XXXI = XXXIII, XXXVII = XXXVIII. superiores editores, quotiens quae de eadem re sunt diuersis locis leguntur, turbari ordinem opinati traiciendis sententiis opem ferendam scriptori existimabant (cf. adn. 77, 7. 15), minime illi constanter eo remedio usi. mihi quem libri aeque omnes testantur ordo restituendus erat neque oblitteranda uestigia originis. unde iam puto manifestum fore, qua ratione et delectus non idoneus et ordo peruersus et otiosa eorundem praeceptorum iteratio nasci potuerint. nam praeter quattuor primas sententias hunc libellum intellegimus diuersis magistri libris deinceps excerptis paullatim succreuisse. magno in hac quaestione momento esse mihi uidetur, quod etiam epistulas adhiberi uidemus. saltem quae in sent. XXV leguntur uerba οὐκ ἔσονταί σοι τοῖς λόγοις αἱ πράξεις ἀκόλουθοι generatim dici non potuerunt, sed deriguntur ad amicum quendam, qui cum horto adscriptus esset, in rebus nonnullis finem uitae Epicureae neglexerat. etiam sent. XXVIII, nisi plane caecutio, in dissertatione continua non facile locum habuit, epistulae consolatoriae aptissima fuit (cf. s. XL). quae si ita sunt, demonstratum est has sententias non huic libello destinatas sed alio primitus consilio et loco scriptas postmodum a sectatore Epicuri excerptas et collectas esse.

Poteram multo breuior esse de re iam Gassendo perspecta [2], nisi errori Dom. Comparettii eorumque qui illi

---

1 uide quotiens dogma de duabus uniuersi naturis iteret ac uariet fr. 74—76 et ep. I 39 p. 6, 5. hinc facile intellegitur, unde diuersa his sententiis lectio (adn. 72, 1) inferri potuerit.

2 animadu. p. 1693 'Ratae sententiae ex uariis Epicuri libris seu florilegio collectae sunt'. aptissima G. utitur similitudine enchiridii Epictetei. de quo Simplicii exstat testimonium in prooemio commentarii τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο, τὸ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον, καὶ τοῦτο αὐτὸ συνέταξεν ὁ Ἀρριανός, τὰ καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ κινητικώτατα τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων, ὡς αὐτὸς

caussa incognita plauserunt praeuertendum esse uiderem. Edidit Fiorellius in Voll. Herc. coll. altera t. XI f. 20—42 ex uolumine Herculanensi n. 1251 reliquias libri moralis Epicurei. eas D. Comparettius egregie meruit quod primus eis quoque qui lacera uoluminum Herculanensium fragmenta adire non solent legendas proposuit *Rivista di filologia class.* 1879 t. VII p. 401 sqq. quae profecto ad cognoscendas ethices Epicureae rationes tam utiles ac pretiosae sunt, ut ipse quoque eas quantum possem emendatas huic libro additurus fuerim, nisi interim secundis curis Comparettius easdem retractatas multoque emendatiores edidisset, qui etiam exemplum lithographum accuratissimum adiciendum curauit *Museo italiano di antichità classica* 1884 uol. I p. 67 sqq. igitur ne acta iterum a me agantur, mutato consilio nunc placet ea tantum recensere breuiter quae aliter restituenda mihi uidentur.

In duabus paginis primis, quas Comparettius non attigit, sane pauca insunt quae intellegi queant, ut I 8 sq. τῶν εἰρημέν[ων πρὸς τοὺς ἄ]νευ φιλοσ[ο]φί[ας πάσας? τὰς] πράξεις κατορ[θοῦσθαι φάσ]κοντας uel II 7 [πάθος?] ψυχικὸν ὑπὲρ τοῦ [πόνο?]υ γίνεται, καὶ συν[περαίνο?]μεν οὕτωι τὰς [αἱρ]έ[σεις κ]αὶ φυγὰς πρὸς ἀμ[φότερ' ἐπανάγ]οντες. οὐδὲ γὰρ [ἂ]ν [τὰς?] χαρὰς ὁμοίως ἀ[θ]ρό[ας γί]νεσθαι κτλ.

col. III initium sic fere legerim: τινὲς [δ'] ο[ὐ] δυνά[μενοι γ]εινώσκειν οὐδὲ προσ[έθεσαν] ὡς οὐ χ[ρὴ ἀ?]μέσως (hoc ferri nequit; quod restituam non habeo nisi ἀμεθ⟨όδ⟩ως) α[ἱρεῖσ]θαι μη[δε]νὸς ἐφ' ᾧ [χρ]ὴ π[αρισ]ταμένου. cetera iam ab editore expedita sunt, nisi quod u. 19 haud scio an τὰς [ἐπ' ἐκείν]ων πράξεις rectius suppleatur.

col. IV principium, etsi quaedam p. 68 delibaui, integrum apponere utile erit: * [οὐ]χ οἱ ἐκ[λύ]ουσ[ι κατ]ὰ τὸ μέγ[εθ]ος καὶ

ἐν τῇ πρὸς Μασσαληνὸν ἐπιστολῇ ἔγραψεν ὁ Ἀρριανός· ᾧ καὶ τὸ σύνταγμα προσεφώνησεν ὡς ἑαυτῷ μὲν φιλτάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπίκτητον τεθαυμακότι· τὰ δὲ αὐτὰ σχεδὸν καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων σποράδην ἐν τοῖς Ἀρριανοῦ τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν γραφόμενα εὑρίσκεται.

κατὰ [τὸν] χρόνον (scil. πόνοι)· ἀλλὰ καὶ εὐεκκά[θ]αρτον[1], ἐπειδή περ οὐδ[ὲν] ὄφελος ὡ[ρίσθ]αι μὲν ἡμῖν, [ἄκ]ιητον [δ'] ἢ δ[ύσ]κτητον ε[ἶναι] τἀγαθόν, ἢ π[ε]περάνθα[ι μέ]ν, ἀνεγκαρτέρητον δ' [εἶν]αι διὰ τὴ[ν πο]λυχρονιότ[ητ]α τὸ κακόν. in fine u. 19 scribendum erat οἷα τὰ πλεῖσ[τ]α τῶν ἐν προκοπῆι δεῖ ν[οῆ]σαι.

col. V satis plana. mirum igitur quod sententia u. 7—11 nondum patuit haec: ἐπ[ειδὴ] καὶ παρὰ τὴν [ἀδι]αληψ[ία]ν αὐτῶν μεγάλα γίνεται δ[ι]απτώματα κατὰ τὰς αἱρέσ[εις] καὶ φυγάς. deinde quod in charta manifesto scriptum est u. 10 ἕνεκα γὰρ τῶ[ν] ξενοτάτων temptari fas non erat, item in extremis legendum καὶ πά[λιν] τῶν ἀνα[γ]καιοτάτων [πρά]ξεω[ν ὡς ξε]νοτάτων [ἀμελοῦσιν].

col. VI cum grauissima sit ad doctrinam Epicuri plenius perspiciendam, pessime habita est; maxime doleo quod extremos uersus 18—20 restituere mihi non contigit. superiora inde a u. 4 pleraque intellegere mihi uideor sic: αἱ δὲ [πρὸς] τὸ μ[α]καρίως [ζῆ]ν κατὰ τὰ[ς μὴ] δ[ιαφ]ερούσας α[ἰ]τίας· ο[ὐ]δ' α[ἴτι]ον α[ἱ] διαφέ[ρουσ]αι [ἡμῶν?] ἐφ[έσ]ε[ις], ὧν αἳ μ[ὲν ὡς] δ[ο]κε[ῖ] δ[ε]ιν[ὰ]ς ἐμποιοῦσ[ι]ν καταιγ[ί]δας, α[ἳ] δ' οὔ· καὶ τ[ι]νὲς μὲν α . ροι . (num ἀ[θ]ρό[ως]?) ἐκ λειμμάτω[ν] γίνονταί τ[ι]νων, αἳ δ' ἀπ' ἐπα[ισθη]μάτων [τῶ]ν τοῦ χαίροντος· καὶ τινὲς [μὲ]ν ἀπὸ συνηθειῶν, [τ]ινὲς δὲ καὶ χωρὶς τούτων· καὶ τινὲς μὲν ἀφ' ἡμῶν καταρ[χ]όμ[ε]ναι, τινὲς δὲ τῶν ἔξω[θεν, ἃ ὥσπ]ε[ρ]εὶ τρῶσιν ἐργασάμε[να κτλ.

c. VII 10 potius πολὺ δέουσιν ἔ[χει]ν οἱ μακαριώτατοι δι' αἰῶνος, 15 αὐτοὺς non αὑτούς, 22 κα[κοῖς] non κα[κά] edendum erat.

c. VIII 11—18 κἂν γε [μὴ] ν[ει]κηθῶσι(ν) ὑπὸ τῆς εὐλογ[ίας τ]ῶν πραγμάτων ἢ καὶ [φ]υ[σι]κῶς τὰ σημεῖα τῶι (δ)ειν[ὰ φαί]νεσθαι συμφωνήσῃ, δ[ιὰ τὰς ὑ]ποψίας τοῦ μη[δὲν] π[αρὰ τ]ὴν τῶν θεῶν ἐ[νε]ργε[ῖν ἀ]πείλησιν ἀνθ[ε]λκόμε[νοι καὶ] καταμέλλ[ο]ντες ὑστ[εροῦσι τ]ῶν πράξ[ε]ων κτέ.

de c. IX et X tacere malo, quae multum abest ut intellegi possint.

col. XI quo modo restituenda mihi uideretur, p. 69 indicaui. nunc postquam Comparettii exemplo de u. 11 sq. οὐ[κ ἴσου τιθεμένου dubitatio nulla relinquitur, apparet sic fere scriptum fuisse: [ὃ διὰ τ]ὰ περὶ τῶ[ν] τετ[τ]άρω[ν κεί]με[ν]α λέγεται, το(ῦ) τὴ[ν διάλη]ψιν τὴν π[ερ]ὶ τῶν κυρ[ιωτάτ]ων καὶ τὴν μνήμην [πολ]λὰ συμ-

---

1 ευεκκ . . ακιτον charta, ut tamen priorem quae intercidit litteram α fuisse uidere liceat. correxi conl. Ep. π. φύσ. VH² VI 87 c. 9, 1 οὕ]τως ἐκκαθαίρεσθαι ep. II 87 p. 36, 17.

βάλλεσθαι π[ρ]ὸς τὰ[ς] ὀρθὰς αἱρέσεις καὶ φ[υ]γὰς οὐκ ἴσου τιθεμένου κτλ. nec minus in extrema pagina illinc efficitur suppleri non posse ut proposueram sed sic potius πολλὰ δὲ [τ]ῶν [κακῶν κ]ατὰ•.

col. XII 2 sqq. et olim et nunc lego οὐκ ἐ[ξ ἴσου] π[ά]σας ἀξιοῦμεν ὑπο[λήψ]εις· κ[αὶ] μ[ᾶλλον εἰς ὀρθ[ο]π[ρ]α[ξ]ίαν ὑ[πὸ] τῶν νόμων ἄγον[τ]αι θάνατον ἀνατ[εινομέν]ων καὶ τιμωρία[ς ἐ]κ θε[ῶ]ν καὶ π[ό]νους ὡς δυσ[εκπο]νήτους κτλ., dein l. 14 sq. καὶ μὴ δ[υ]ναμένους ὑπὸ τῶν ἀλ[ηθι]νῶν πείθεσθαι παραγ[γε]λμάτων.

col. XIII 3 sq. τὰ δ' ὑπεδείχθη [τὴ]ν με[λέ]της παρεχόμενα συνεργίαν, 12 sqq. καὶ τοὺς ἠθικοὺς καὶ περὶ τῶν αἱρέσεων καὶ τῶν φυγῶν λόγους προσλαβεῖν δεῖ πάντως ἐχ φυσιολογίας, ἵν' ἐντελεῖς ὦσι, [καὶ] εἰ μηδὲν ἕτερον, τό [γε] μηδὲν χωρὶς αἰτ[ί]ας ἀποτελεῖσθ[αι καὶ τὸ] μὴ μεταβάλ[λειν τὰ ὄντα uel τὰς ἀρχάς].

col. XIV 6 haud scio an rectius καὶ καθόλ[ου δ' ἐκ] τῶν ἄλλων ἀρετῶν ὑπα[ρ]χουσῶν legatur. extremam paginam sic intellego οὐ συκοφαντητέον μέντοι γε τὴν τῶν στοιχείων παράδοσιν ἕν[ε]κα τῆς ἐπιπλοκῆς, καὶ τ[ὰ]ς πάντως ἀ[κο]λο[υ]θίας ἐνίων λέγ[ον]τα, ubi corrector recte accusatiuum restituit pro datiuo λέγοντι.

col. XV iam p. 68 proposui, ubi corrigas uelim u. 4 χρὴ [δὲ κ]ατέχειν et l. 7 περ[ὶ τ]ῶν κατὰ μ[έρο]ς, ut nunc etiam Comparettius edidit.

col. XVI propter uoces populares admixtas totam adscribo •οὐ]δένα δ[υ]νατόν ἐσ[τι προμα]θεῖν ("τὸ δ' ἀκριβὲς ὁ θ[εὸς οἶ]δεν"), [ο]ὔτε γηράσας ἐ[πὶ τί]νος ἡμέρας ἀ[φ]ίκοιτ' [ἂν ο]ὔτ' ε(ἰ) πρότερον καταστ[ρ]έ[φ]ων. ὅθεν οὐχ ὥςπερ ὅταν κατ' ἐνάργειαν εὐθὺς ἐ[σ]όμενος ὁ θάνατος ἐπιγινώσκηται, [σ]υνεχῶς ὅτι τελευτήσομ[ε]ν ἐννο[οῦμεν] ("διαλείπονται δέ τινε[ς χρό]νοι") καὶ διὰ τὸ δυ[σ]παρ[ά]γρ[α]φον κλ[εί]νομεν ὁτ[ὲ] μὲν ἐπὶ τὸ τάχα πρὸς τὸ μήκιστον ἐκτενεῖν, ὁτὲ δ' ἐπὶ τὸ καὶ κατόπιν οὐκ ἀ[δυ]νατεῖν ἐγλιπεῖν.

col. XVII 2—10 haec scriptor dederat * * κ[αὶ ὑπὲ]ρ ὀλίγου [χρόν]ου προδιδόναι [τ]ὰ μόν[α] δυνάμενα παρασχε[ῖν] ἡδονὰς κ[αὶ] πόνους ὑπομένειν διὰ κενῆς· φιλοσοφίας δὲ καὶ παντελῶς (scil. ἀπέχονται), ἕκαστος λέγων "Ἄρξωμαι νῦν ἀνηνύτου κακοπαθίας, εἶτ' ἐπιδισκευθῶ μεταξύ;" cetera Buechelerus restituit mus. Rhen. XXXIX p. 292.

col. XVIII haec est *[ἐπιφωνο]ῦντες [δό]γμ[ατι] "Εὐσχημόνως ζῶ κ[αὶ δικαί]ως· ἢ μὴ πρὸς τῶν νό[μων] τῶν ἀνθρώπων; τ[υ]χὼν δὴ τε]λευτῆς ἀθάνατο[ς] ἔσομαι". καὶ πρὸς ἅπαντα δι' ὧ[ν

ἄμ]εινον βιώσοντα[ι] παρεγλύ[ονται] καθά περ οἱ κατακεκρ[ι]μένο[ι θα]νάτου· καὶ δὴ καὶ τῶν πρὸς [ὑγ]ίειαν ὀλιγωροῦσιν, "Ἐγὼ πόσα δὲ ὑπομενῶ," προστιθέντες "ε[ἰ λω]φήσω τρεῖς ὥρας;" καὶ πάν(τως) τὰς νόσους ἐκτεθνήκασι, καὶ δι[ὰ] τ[ὴ]ν ὁ[πό]ταν ἀποθ[ά]νωσιν αἰωνίων κακῶν προβ[ολ]ὴν συν[έ]χονται ταραχαῖς ἀμετρή[τ]οις, πονη[ροὶ δ]ὲ καὶ διὰ ταῦτα*. in u. 16—18 cum Comparettio mihi conuenit.

in col. XIX pauciora sunt quae corrigam: 3 sq. *[ἑαυτοῖ]ς παρίστ[ασθα]ι θε[οὺς καὶ] ἑαυτοὺς φυλά[ττει]ν δι[ὰ τὴν] εὐσέβειαν, κα[θά π]ερ ἐνίο[υς μ]ῦθο[ι] παραδεδώκασιν et u. 10 (ubi uitiose τελεξεωc scriptum erat) ὑπό τε τοῦ παρὰ π[ροσδ]οκίαν ἐξαπιναίου τυπ[τόμ]ενοι τελέως ἐξίστ[αν]ται.

col. XX 1—9 *και[νὰ] καὶ ποήσειν [ὅπως] θᾶττο[ν ἀν]αθῶ[ν]ται τὰ [δει]νὰ καθ' [ἕκ]αστον ἀεὶ τὸ [προσ]πῖπτο[ν ἂ]ν ἕως ἀποθ[άνω]σι· καὶ φ[οβο]ύμενοι μὴ π[οτ' ἐλ]λίπωσ[ιν τ]ῶι μακρῶι χρόνωι τῶν ἀνα[γ]καίων δυσμετάδοτοι (ut egregie correxit Buechelerus l. s.) γίνονται καὶ τὰς χάριτας ἀποστεροῦσι. recte extremae paginae addere mihi uerbum uideor: καὶ ἀσύγκλαστοι καὶ ἀσυμπαθεῖς πρὸς τοὺς ὁμοφύ[λου]ς ὥςπερ οὐ πρ[οσήκον]τ[ας]*.

c. XXI 5 τὰ δ' ἐγμαθών, ἀποδιδόναι (ἀποδιδονται charta) [τῶν πό]νων τοὺς καρπούς, ῥαθυμότερ' ἐκεῖ πονεῖ πλὴν διὰ φίλους. κα[ὶ φ]ειδόμενος χρόνο[υ] παντὸς μᾶλλον, ἐ[ν σπ]αν[οφι?]λίαι [μ]ᾶ[λλ]ον αὐτῶι μόνον χρῆται. καὶ φιλοσ[ο]φία[ς κα]ὶ μουσ[ι]κῆ[ς ἐ]κ παιδὸ[ς] οὐδέπο[τ'] ἀφίετα[ι]· καὶ τ[εθ]αρ[ρ]ηκώ[ς] ὡς παντὸς ἐκπ(λ)ηρ[ρ]ω[θεὶ]ς εἰς τὸν αὐτοῦ καὶ [μ]ήκ[ισ]τον χρόν[ο]ν καὶ με[τα]δίδωσιν ὅταν τὸ πρὸς [τὸ] ζῆν αὐτὸ μόνον ὑπο[λεί]πηται, πᾶν τὸ [λ]οιπ[ό]ν.

col. XXII 3—14 sic fere restitui existimo: ἂν ἐπιβ[ιώσηι] δέ, κα[τά] γε τὴν τελευτ[ὴν ἐ]ργατ[ικ]ός ἐστι τῶι σ[υμ]βα[ί]νοντι [δό]γματι κατὰ τὴν ἔννοιαν τὴν κ[τ]ήσεως τῶν ἀγαθῶν. καὶ διὰ τὸ μὴ ἀποκόπτειν τὴν πολυχρόνιον ζωὴν ἐνεργείας ἀεὶ καινὰς ἐνίσταται καὶ φιλο[π]οΐας, καὶ προσέχει τοῖς ἰδίο[ις] ὡς ἔσ[τ]αι δι[α]ρ[κ]ῆι, καὶ φροντίζει τῶν πρότερον ὡς πάλιν (τανα charta) πρὸς αὐτὸν ἐσομένων. proxima 14—17 Buechelerus expediuit l. s., extrema Comparettius.

c. XXIII 2 fort. εἰ μ]ὴ δηλοῖ τὸ [β]έλτειον, [ἐπ' α]ἴσθ[η]σιν ἐπανάγειν —.

hoc igitur uolumen Comparettius ipsius Epicuri esse existimat partemque libri Περὶ αἱρέσεων καὶ φυγῶν[1] continere, eo maxime argumento[2] nisus quod scriptor c. XV (u. infra p. 68) Epicuri Κυρίας δόξας sic memoret ut qui rationes eorum reddat quae ipse illic scripserit[3]. uideamus quo iure ita iudicet. illius paginae sententia est, ad assequendum finem bonorum conferre aliquid etiam externorum et particularium bonorum scientiam, sed perexiguum prae praeceptis grauissimis, de quibus ante dictum sit (ἀλλὰ μικρὸν ὡς πρὸς τὰ κυριώτατα, περὶ ὧν ὑπεμνήσαμεν): iam sequitur in quo quaestio haeret enuntiatum ἀφ' ἧς αἰτίας κἀν ταῖς Κυρίαις δόξαις τέτακται πρῶτα h. e. quoniam ceteris longe grauiora sint, ea caussa etiam primum eis inter sententias selectas locum adsignatum esse. τέτακται inquit, non ἡμῖν, nedum τετάχαμεν. igitur ne illud quidem ullo indicio significatur, eundem qui hoc libello de praeceptis grauissimis breuiter dixerit (ὑπεμνήσαμεν), etiam Sententias perscripsisse. at nouit scriptor has Sententias nouitque auctoritate florentes. demonstratum igitur est tantum abesse ut uolumen illud Epicurus ipse potuerit scribere, ut scriptor etiam illo sectatore qui has Sententias tam malo delectu quam ordine conposuit, aliquanto recentior fuerit.

---

1 Comparettius quod in altera editione p. 70 dicit Laertium Diog. librum π. αἱρέσεων καὶ φυγῶν inter ethices Epicureae fontes principales una cum libris π. τέλους, π. βίων, epistulis recensere, non recte ille locum Laertii x 30 (p. 370, 19) cum altero 136 (fr. 1) confundit.

2 unicum argumentum potui dicere. nam reliqua aut nihil probant nisi quod nemo negat, ab Epicureo bene instructo illud uolumen profectum esse, aut emendata lectione conciderunt uelut quod ab Herodoto isto c. 17 repetiit (p. 68) cf. Buechelerus mus. Rhen. t. xxxix p. 292.

3 Comp. p. 67 de illo loco *questo porre su di una medesima linea in una motivazione unica concernente l'ordine della trattazione, l'opera presente e le* Κύριαι δόξαι, *dando l'intenzione dell' autore nell'una e nell'altra, non si spiega se non ponendo che questa e le* Κύριαι δόξαι *siano opere dello stesso autore.*

His quattuor libellis subiunxi fragmenta librorum epistularumque Epicuri quotquot per antiquitatis monumenta sparsa indagare potui. quae propter usum et rerum et uerborum uel ad illos intellegendos et emendandos necessaria erant. sed fateor in eis mihi me minime satis fecisse. quodsi diues essem, hanc quam nunc foras emitto syllogen mihi soli exprimendam curassem, ut relectis ueterum libris et denuo excussis auctam et correctam publicarem. fieri enim nequit ut unus uno conamine omnem copiam exhauriat. accedit quod cum operae in his fragmentis iam exercerentur, mutaui consilium, ut non solum certorum librorum uestigia et fragmenta ipsis Epicuri uocibus insignia, quae sola conlegeram, sed etiam sententiarum testimonia conprehenderentur. qua re, cum non omnes scriptores mihi uacaret retractare, necessario accidit ut quae antea consulto spreuissem iam me fugerent inuitum. cui damno aliquatenus ita mederi studui, ut perlustrato Gassendi thesauro non nulla quae non recte deesse hoc monitore uidissem, spicilegio fragmentorum (p. 342 sqq.) insererem. aegerrime autem deploratam uoluminum Herculanensium plerorumque condicionem tuli: non loquor de librorum Περὶ φύσεως reliquiis, quas cum Theodorus Gomperzius secundum accuratissimam chartarum recognitionem multo quam antea pleniores et auctas propediem editurus sit, risum meruissem, si solis apographis Neapolitanis nisus frustra temptare ausus essem. sed illa Philodemi quae prae ceteris referta sunt Epicuri fragmentis, tam male habita sunt ut etiam saepius relegentem uestigia facile fallant et inuenta saepe ne uoces quidem integras, nedum sententias, sed singularium litterarum farraginem paene inutilem offerant. talibus quid facias, cum etiam ubi beatior memoria continuum sententiarum ordinem largita est, quam lubrica et periculosa coniectura litterae perditae suppleantur, nemo expertus nesciat?[1] fateor hic illic me cum litteras sensu cassas ad-

1 exemplo potest esse quod non sine probabilitate p. 96, 3 scribere mihi uidebar ψή[χει]ν ἐμ [πε]λάγει ζητεῖν: uero inuento, quod

ponere taederet, ultra probabilitatem lusisse potius quam restituisse: quod cum numquam lectore non monito fecerim, non tam damnosum futurum quam utile spero excitandis ingeniis felicioribus. omnino in fragmentis quoque hanc mihi legem inposui ut breuiter adnotarem ubicumque lectionem traditam aut receptam ex aliorum [1] uel mea coniectura mutassem: reliquam lectionis discrepantiam cum non in fragmentorum collectione quisquam quaerat sed in editionibus fontium, missam feci, nisi ubi nouis subsidiis uti licuit: qualia in Senecae loco fr. 351 BRVNONIS LARISCHII officio, in Alexandri Aphrodisiensis fr. 290 IVONI BRVNSIO debui; ad sententias a Seneca in epistularum libris prioribus seruatas PAVLVS WOLTERS, qui etiam operarum erroribus corrigendis per maximam fragmentorum partem curam sollertem adhibuit, lectionem codicis Metensis (M) mihi inpertiit, de quo ille in commentatione acutis obseruationibus et emendationibus insigni [2], quae inter Exercitationis grammaticae specimina Bonnae 1881 edita est, dixit p. 31 sq. in Plutarcho acquiescendum mihi fuit Wyttenbachii testimoniis; sero cognoui ad unam saltem dissertationem Aduersus Coloten codices duos qui soli innotuerunt Parisinos 1672 (E) et 1675 (B) conlatos a Maximi-

---

Scottius Fragm. Herc. p. 82 adn. in ipso apographo Oxoniensi legisse uidetur, ψῆφον ἐμ πελάγει ζητεῖν, ego primus coniecturam meam rideo.

1 etiamsi studui ut suum cuique redderem, fieri tamen potuit ne dicam debuit ut coniecturas ab aliis occupatas non solum ipse facerem sed etiam ut meas ederem; uelut sero uidi τινῶν quod p. 145, 4 scripsi iam a R. Hirzelio propositum esse *unters.* I p. 156, et p. 280, 16 *sonisque* audio G. Windhausium in programmate Darmstadiensi a. 1879 p. 8 occupasse. aequorum iudicum in hac quoque re ueniam spero neque credo Georgio Ferdinando Rettigio Bernensi aliquando collegae meo aemulum quemquam fore. semel memini me typothetae rationibus inpeditum esse quominus auctorem emendationis adscriberem: in adn. p. 131, 16 Senecae tacite reddidi *mos antiquus fuit* pro uolgato *antiquis* suasore Diterico Holthoefero.

2 profitendum mihi erat, quod et olim sensi et nunc sentio, ne quae inconsulte quidam iudicauerunt probare uiderer.

liano Treu[1], unde nonnulla rectius scribi poterant: ut p. 115, 32 non τίς οὐ sed τίς δὲ, cum libri τίς σε exhibeant.

Restat ut de fontibus fragmentorum dicatur. ac de sectatoribus etsi quantum satis est breuiter monui, sunt tamen fontis qui ad eosdem pertinuit nunc deperditi uestigia quaedam accuratius persequenda.

Dilectum et grauissimarum sententiarum excerptionem quod maxime epistulae Epicuri ceterorumque scholae auctorum sibi poscere uidebantur, non hercle mirum est. quarum tanta erat copia ab amicis et asseclis conlecta et seruata illo pietatis studio cui uel tenuissimas reliquias neglegere piaculum est, ut hoc quidem facile Luciano (p. 131, 21) credas, paruum in illa multitudine fuisse numerum earum epistularum quae argumenti grauitate praestarent. curarum domesticarum et familiarium memoria, de quibus rebus ut ad amicos multus erat Epicurus, nisi ad interiorem scholam non attinebat. sed etiam in hoc familiari genere litterarum haud raro quasi gemmae enitebant sententiae et ad uitam utiliter et acute aut eleganter dictae. talia igitur eligenda erant, et electa sunt ante tempora Philodemi. constat enim (u. p. 132, 3) iam tunc extitisse epistularum Epicuri Metrodori Polyaeni Hermarchi epitomas. his quattuor auctoribus, in quos cadit nomen καθηγεμόνες honorque conditorum, quod adiungitur καὶ τῶν γνωρίμων, cauendum est ne decipiat. nimirum perinde atque factum in M. Tulli ad familiares epistulis uidemus, etiam his Epicureis syllogis admixta non raro erant, quae illi, ad quos Epicurus Metrodorus reliqui litteras dedere, siue scripserant siue responderunt. apparet hoc ex eis quae p. 134, 20 et 147, 10 obseruata sunt, ut alia indicia uelut fr. 170 mittam. igitur huc spectat additamentum illud καὶ τῶν γνωρίμων. ceterorum Epicuri familiarium epistulae tantum abest ut eodem studio quo quattuor uirum illorum lectitatae et excerptae esse uideantur, ut collectaene fuerint editaeque iure dubi-

---

1 in programmate gymnasii Ohlauiensis a. 1881 *Zur geschichte der überlieferung von Plutarchs Moralia* fasc II p. 23 sqq.

tes. natum est ex illis epistularum eclogis quasi gnomologion quoddam Epicureum. quod (ut dixi ad p. 132, 3) necesse est inter fontes gnomologorum eorum quos usu nouimus habeatur. his enim praeter Epicurum non fuere cogniti nisi Metrodorus Polyaenus Hermarchus. ac Iohannes Stobaeus Metrodori octo eclogas seruauit ecl. eth. c. 31, 67 p. 213, 10 Wachsm. flor. XVI 20 XLV 26 (LII 7. 8?) LXII 44 CXVI 42 CXVIII 33, Polyaeni duas ecl. eth. c. 15, 44 p. 192, 16 W. et flor. CXXIV 31 (etiam apud Maximum c. 36 p. 627 Combef.), Hermarchi unam flor. XCVIII 31. supplemento sunt Maximus abbas et Antonius monachus, unde una prodit sententia noua Metrodori Max. 42 p. 638 Combef. Anton. II 89 p. 153, Polyaeni tres Max. 6 p. 550, Max. 43 p. 639 et Anton. I 51 p. 57, Max. 62 p. 674 et Anton. II 80 p. 146; Hermarchi, quantum uideo, nullum apud eos est uestigium. non magis hoc dixeris casu factum quam quod neque Colotis neque Leontei (cuius nouimus epistulam ad Lycophronem, cf. adn. ad p. 175, 7) neque adeo Idomenei ecloga ulla adponitur. facile enim perspicias quattuor uiros illos quorum extabant epitomae epistularum p. 132, 3 eo ordine recenseri, ut cuiusque maior erat et auctoritas et eclogarum copia.

idem gnomologion existimo a L. Annaeo Seneca, cum epistularum ad Lucilium libros quinque priores (ep. 1—52) scriberet, cotidie in manus sumptum esse, unde utiles sibi amicoque sententias tolleret. hic Epicuri tantum sententias paucasque Metrodori (ep. 81, 11 et eiusdem epistulae locos ep. 98, 9 et 99, 25) elegit, Polyaeni Hermarchique eclogas spreuit. sed ne has quidem defuisse gnomologio suo ipse haud obscure indicare ep. 6, 6 mihi uidetur *Metrodorum et Hermarchum et Polyaenum magnos uiros non schola Epicuri sed contubernium fecit.* cur enim inter nobilissimos Epicuri discipulos etiam Polyaenum recenseret, qui Metrodorum et Hermarchum solos de numero exemit et ipso Epicuro auctore (fr. 192) ep. 52, 3 sq. et secundum scholae usum ep. 33, 4 *apud istos quicquid dicit Hermarchus, quicquid Metrodorus, ad unum refertur. omnia*

quae quisquam in illo contubernio locutus est, unius ductu et auspiciis dicta sunt, nisi illum dilectum et ipsam contubernii consuetudinem quae tunc maxime ad manus ei erant uolumina ante oculos posuissent? facit huc quod idem Seneca (p. 142, 1) Idomenei scriptoris ceteroqui minime obscuri nomen iudicat futurum fuisse ut obliuione obrueretur, nisi Epicuri ad eum epistulae nobiles exstarent. sed argumenta puto praesto esse, quibus etiam contumaces conuincantur. ad sororem filio mortuo maestam Metrodorus epistulam consolatoriam scripserat; uide quo modo sententiam inde sumptam Seneca proponat ep. 99, 25: 'illud nullo modo probo, quod ait Metrodorus, esse aliquam cognatam tristitiae uoluptatem, hanc esse captandam in eiusmodi tempore. ipsa Metrodori uerba subscripsi: Μητροδώρου ἐπιστολῶν α πρὸς τὴν ἀδελφήν. Ἔστιν γάρ .... καιρόν[1]. sicine ais scribere potuisse, qui ipsarum Metrodori epistularum uolumina tractaret? an apertum est Senecam ex gnomologio illo una cum ecloga rubricam repetere? inspice extremam epistulam XIV 17 *nunc ad cotidianam stipem manum porrigis. aurea te stipe inplebo, et quia facta est auri mentio, accipe quem ad modum usus fructusque eius tibi esse gratior possit: 'Is maxime diuitiis fruitur qui minime diuitiis indiget'. Ede, inquis, auctorem. Vt scias quam benigni simus, propositum est aliena laudare: Epicuri est aut Metrodori aut alicuius ex illa officina. et quid interest quis dixerit? omnibus dixit'.* graece illa sententia legitur in epistula tertia ad Menoeceum p. 63, 19 ἥδιστα πολυτελείας ἀπολαύουσιν οἱ ἥκιστα ταύτης δεόμενοι. non amat Seneca inanem eruditionis gloriolam captare, tamquam memoriter aliena referat. ergo quoniam, ut solet in gnomologiis euenire, rubrica a librario neglegenter omissa erat, nesciebat Seneca, cui sententiam adscriberet: sciebat eam unius de quattuor uiris illis esse. Ad eadem uolumina conicias etiam Tacitum dial. c. 31 spectare, cum ait 'ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam ex-

---

1 fragmentum adscripsi emendatum in adn. ad p. 164, 6.

clamationes assumere iisque prout res poscit uti alienum erit oratori'.

Miramur Stoicum Senecam quod philosophi aduersarii de cupiditatibus, de fortuna, de morte sententias tam studiose tractat [1]. non primum inter Stoicos illum de Epicuro aequius iudicasse facile conicias. ac sane Attalus eius praeceptor sententias quas Seneca memoriae prodidit haud semel Epicureo colore distinxit. uelut quae de felicitate sapientis disputat apud Senecam ep. CX 18 et 20 non tam ex porticu sublata sunt quam ex horto (cf. fr. 602). iucunditatem adeoque 'uoluptatem' cum ille in amicorum defunctorum memoria inesse docet (Sen. ep. LXIII 5), iterum Epicurum sequitur (cf. fr. 186 et 213). quid quod de oppugnanda fortuna quam similia Attalus Epicurusque professi essent, ne Senecam quidem fugit ep. LXVII 15? Rarius et ita ut contra morem solitum facere auditoribus uideretur Musonius Epicureis usus est, ut apud Stobaeum floril. XVII 43 p. 351 Gaisf. περὶ δὲ τροφῆς εἰώθει μὲν πολλάκις λέγειν καὶ πάνυ ἐντεταμένως . . . . ἅπαξ δέ ποτε τῶν ἄλλων ἀφέμενος λόγων οὓς ἑκάστοτε διεξῄει, τοιάδε τινὰ εἶπεν, ὡς χρὴ κτλ. (uid. fr. 459 p. 297, 27); idem tamen Epicureis criteriis, uoluptate et dolore, ad temperantiam commendandam utitur apud Stobaeum flor. V 76; de sententia Stob. flor. I 83 (cf. Ep. fr. 490), quando quidem singillatim ponitur, non liquet.

sed ultra progredi licet. non equidem loquor de Axiocho dialogo, cuius scriptor dum Epicurea cum Platonicis Orphicisque conponit, ne sensit quidem quam pugnantia sociaret. sed iam Posidonius Epicurum ut testem ueritatis aliquo modo admisit: factum hoc esse in protreptico [2], unde Tusculanarum disputationum caput quod legitur l. V 24, 68

---

1 'De Seneca Epicureo' eleganter nuper disseruit Oscar Weissenfels in programmate collegii Gallici Berolinensis a. 1886, hoc maxime probaturus, multa, si rem spectes non uerba, inter Zenonis doctrinam et Epicuream communia esse.

2 de quo cf. Bakius Posid. p. 245 Hirzelius *unters.* III p. 347 sq.

—28, 82 petitum est, constat ex libri indicati c. 26, 73. neque minus, cum de morte contemnenda dissereret, Posidonium Epicuro usum esse P. Corssenus mihi peruasit musei Rhenaui t. XXXVI p. 506 sqq. eis maxime quae p. 513 proposuit argumentis. Ac Posidonii protrepticum secutus Antiochus Ascalonita, quem extrema disputatione Tusculana V 29, 83—41, 120 Cicero expressit, illum ipsum locum, etiam secundum Epicurum sapientis uitam beatam esse [1], satis studiose pertractauit 31, 88 sqq. Intellegetur iam hoc quoque, qui potuerit astrologus Manilius IV 1—11 sententiis ex ipso horto petitis [2] aditum ad fatorum uim efferendam aperire; neque minus, quam recte qui Apollonii Tyanensis epistulas finxit hunc uirum cauillantem fecerit ep. 5 p. 386 Ol. τῶν Ἐπικούρου λόγων ὁ περὶ ἡδονῆς οὐδενὸς ἔτι συνηγόρου δεῖται τῶν ἐκ τοῦ κήπου καὶ τῆς ἐκείνου (lege ἐκεῖ) διατριβῆς· πέφηνε γὰρ ὢν καὶ κατὰ τὴν στοὰν ἀληθέστατος.

Quodsi ad ipsam porticum sententiis Epicureis aditum paullatim laxatum esse constat, non mirabimur si ne Platonici quidem posteriores Epicurea spreuerunt. Porphyrii ad Marcellam uxorem libellum non multum differre a centone facile erat ad intellegendum [3]. nec difficilius ei quidem qui Epicurum nosset, opus tessellatum capitum quinque continuorum XXVII usque ad XXXI ex lapillis Epicureis concinnatum esse intermixtis aliunde paucissimis tantum, ut statim uidebimus. incipit scriptor a sententia, quam Epi-

1 exemplar Antiocho in ea re protrepticon Posidonii fuisse hoc maxime indicium est, quod eadem argumentatione et Posidonius Tullianus 26, 75 et Antiochus 41, 119 sq. cf. 31, 89 Epicureae doctrinae tractationem concludit. eodem igitur consilio uterque Epicurum arripuit, breuiter ille nec sine malitia ut Stoicus, longiore hic disputatione ut imitator et maiore cum studio ut beneuolus dissonantium sectarum conciliator.

2 cf. Ep. fr. 494. 496. 471.

3 cf. I. Gildemeister Hermae t. IV p. 83. nunc in altera editione Nauckius p. XVIII sq. sententiarum ex florilegiis decerptarum tabulam conposuit.

curi esse Stobaeus flor. 43, 139 testatur (fr. 530). subicit ratam sententiam XV p. 74, 15 ea forma qua illam etiam de abstin. I 49 p. 123, 11 (editionis secundae Nauckianae, secundum quam pergam locos indicare) proponit. infra c. 28 p. 292, 14—16 emergit Epicuri fr. 479 a Seneca ep. 17, 11 seruatum. ibidem p. 292, 20 quod traditur διὸ καὶ μελετᾶν παρακελεύονται (οἱ φιλόσοφοι) οὐχ ὅπως τι ποριστέον ἀναγκαῖον, ἀλλ' ὅπως μᾶλλον θαρρήσομεν μὴ ποριfeatθέντος, genuina species eius Epicureorum praecepti uidetur esse de quo Porphyrius de abstin. I 50 commentatus est (fr. 481). nec eis, quae ex c. 30 in. repetii in f. 200, aut desunt testimonia (adde p. 347, 6—20) aut euanuerunt signa stili Epicurei inpressa (ut ἀφυσιολόγητον, σαρκὸς φωνή). iam uero haec leguntur in ea parte opusculi, quam Porphyrius uerbis conceptis circumscripsit. praefatur haec c. 27 κατανοητέον οὖν πρῶτόν σοι τὸν τῆς φύσεως νόμον, ἀπὸ δὲ τούτου ἀναβατέον ἐπὶ τὸν θεῖον, ὃς καὶ τὸν τῆς φύσεως διέταξε νόμον, subscribit extremo c. 31 ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τούτοις ὅμοια ὁ τῆς φύσεως παραγγέλλει νόμος. ὁ δὲ θεῖος κτλ. eis igitur quae intra hos fines leguntur scriptor se eam disciplinam sequi testatur, cui propositum erat ad naturae finem (cf. adn. ad p. 76, 5) omnem uitam referre legemque naturae (cf. Seneca in fr. 200 p. 161, 13) stabilire. elegit autem Epicuream, non Cynicam aut Stoicam, ut etiam ab illa disciplina, quae una omnium maximo interuallo a Platonica separari uideretur, ea praecipi doceret quae non dissonarent cum diuina lege Platonis Pythagoraeque. re uera illi loco nihil inest non Epicureum, nisi quae apertis uerbis scriptor se aliunde admiscere significat. leguntur talia in uno capite XXVIII: primum p. 292, 7 ἁγνεύειν — 12 θανασίμου, ubi uerba καὶ οἱ θεοὶ.... προσέταξαν εἰς τὸ τῆς φύσεως, ἣν αὐτοὶ συνέστησαν, ἐπάγοντες βούλημα credo aperte legentes ad legem illam diuinam et ad rationes Platonicorum ablegant; deinde p. 292, 16—22 uocibus his διό φασιν οἱ φιλόσοφοι et διὸ καὶ μελετᾶν παρακελεύονται Porphyrius indicat se praecepta non unius illius sectae proponere: quamquam

uel ex his alterum saltem praeceptum Epicureorum esse Porphyrii ipsius testimonio de abst. I 50 constat. quae si recte disputaui, oportet omnia quae in Porphyrii opusculo c. 27—31 leguntur excepto uno c. 28 Epicuro adscribi, uel ut cautius iudicem, fluxisse apparet ex gnomologio, in quod ex epistulis quattuor illorum sectae auctorum eclogae receptae erant [1].

Sed occurrere difficultas uidetur non exigua. insunt enim in illo loco quae a gnomologis non Epicuro sed Pythagorae aut aliis adscribantur: Ioann. Stob. flor. CI 13 Πυθαγόρου (nomen testatur etiam cod. Vindobonensis): Σαρκὸς φωνὴ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν ex Porph. l. s. 30 p. 293, 14 (fr. 200); idem flor. LXXXII 6 Πυθαγόρου: Κενὸς ἐκείνου .... κακὸν ἐκβάλλοι ex Porphyrio 31 p. 294, 7 (fr. 221). hos duos locos iam Augustus Nauckius obseruauerat Philologi t. IX p. 368. tertium mihi C. Wachsmuthius indicauit, cuius officio etiam quae ex codicibus gnomologorum proferre mihi licuit pleraque debeo: Stob. V 28 Ζῆν κρεῖττόν ἐστιν ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον καὶ θαρρεῖν ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην ex Porph. 29 p. 293, 8 (Ep. fr. 207); sane in exemplis editis hoc fr. nomine scriptoris caret, sed Πυθαγόρου in codice Escorialensi praescribi testatur Wachsmuthius, et inter Pythagorae sententias ab interprete Syro seruatas extat n. 27 (Hermae t. IV p. 89): Εὐαγρίου esse scribunt Iohannes Damascenus α 37 t. II p. 375[e] ed. Lequien et Maximus c. 21 p. 187 Tigur. p. 599 Combef., Ἀριστίππου Georgides in Boissonadii Anecd. gr. t. I p. 36. denique in syllogen Byzantinam Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου Ἰσοκράτους Δημοκρίτου C. Wachs-

1 igitur accidere potuit, ut una aut altera ex illis sententia, qualem non Epicurus sed Metrodorus aut alius uir familiaris enuntiasset, Epicuro a me uindicaretur. quod ne quis uitio mihi uertat, meminerit quae Seneca ep. 33, 4 (supra p. LV sq.) testatur. ac Metrodori hodieque certa sunt fragmenta paene ad uerbum cum Epicureis consonantia: fr. X et IX (infra p. 345, 5) cum Ep. fr. 68, VII. VIII. XII. XIII (uide adn. p. 278, 10. 11) cum Ep. fr. 409, XVI cum Ep. fr. 181; in fr. 339 dissentiunt de scriptore testes.

muthio olim inuestigatam et ex codice Palatino editam (Saturae Sauppianae p. 7 sqq.), nuper restitutam (*Studien zu den griech. florilegien* p. 162 sqq.) pars fragmenti 489 a Porphyrio 30 p. 293, 18 seruati recepta est n. 111 p. 184 W. (Palat. n. 87 p. 26, Barocc. n. 104 p. 17 Bywat.): μάθε δέχεσθαι ἀθορύβως .... κοινωνεῖ.

uerum etiam alia non ita pauca, quae Porphyrius Marcellae suadet, apud Iohannem Stobaeum feruntur ut Pythagorae [1]. quod qui primus animaduertit Nauckius l. s., obseruatione optima ita olim usus est in praefatione editionis prioris p. XLIII, ut Porphyrianas sententias a Iohanne 'constanti errore non suo tribui auctori sed Pythagorae' statueret et alias quoque Pythagorae sententias a Iohanne seruatas mutilato Porphyrii opusculo uindicaret. oblocuti ei sunt rectissime O. Bernhardtius Wachsmuthius (Sat. Saupp. p. 42) Gildemeisterus (Hermae t. IV p. 83 sq. ad Sextum p. XXXVIII). sine dubio Porphyrius sententiarum Pythagoricarum collectione quadam usus est: uelut in sylloge Syriaca inter XCVIII sententias sunt XXXVIII a Porphyrio usurpatae; ac simile opusculum Iohannes Stobaeus excerpsit.

Sed quid eis faciemus sententiis, quae inter Epicureas a Porphyrio recensentur, Pythagorae a Iohanne uindicantur? admisceri Epicureis Pythagorica similia dubitanti mihi Wachsmuthius respondebat. at quam ingenue si quando uocibus Epicureis aliena interponit Porphyrius profiteatur, supra uidimus p. LIX. et una saltem inter eclogas Stobaei est, quam nisi ex disciplina Epicurea prodire non potuisse ipse sermo arguat, illa quam primam posui. Ego potius in hanc ferebar sententiam, exstitisse ante Porphyrium gnomologion, quo philosophorum eclogae non secundum argumenti capita digestae, sed ut excerptae fuissent, sub cuiusque scriptoris nomine omnes eiusdem sententiae conpositae essent, idque continuisse et farraginem Pythagoricam, quales non paucas uolgatas fuisse scimus, et syllogen Epicuream, de cuius fonte primario supra disputatum est. inter

---

1 cf. Wachsmuthius Saturae Sauppianae p. 41, 3.

Porphyrii et Iohannis Stobaei aetatem cum illa sententiarum farrago in capita digesta esset, non mirum si quando librarorium culpa nomina scriptorum siue traiecta siue confusa sunt [1], h. e. si Iohannes pro Pythagoricis habuit quae erant Epicurea. sic etiam postea fr. Ep. 489 p. 307, 1 (Porph. 30 p. 293, 20) non potuit in gnomologion illud Byzantinum recipi ante quam in eo fonte, cui Democritea debentur, Epicuri nomen Democrito cessisset. Non uanum uidetur somnium illud gnomologion philosophorum. ut taceam septem sapientium sententias non semel conpositas, extat in codice Parisiensi 1166 sylloge paruo ambitu, φιλοσόφων λόγοι quae inscribitur, edita a Boissonadio Anecd. I p. 120—6. decrepitam ea prae se fert aetatem Byzantinam. et tamen insunt sententiae XIII nomine Ἐπικούρου praescripto congregatae. ab erroris suspicione temperare mihi non potui, fateor, nec recepi. sed undecimam p. 123, 5 Ἐχθροῦ δεηθέντος μὴ ἀποστραφῇς τὴν ἀξίωσιν· πλὴν ἀσφαλίζου αὐτόν· οὐδὲν γὰρ κυνὸς διαφέρει cum Antonio Maximus Epicuream esse (fr. 215) testatur. Optima autem fide est codex Parisiensis 1168 olim Mazarini saec. XIII, de quo nuper Freudenthalius rettulit mus. Rhen. t. XXXV p. 409 sqq. leguntur in eo f. 115 γνῶμαι ἐπικούρου (infra f. 129 una subsequitur eiusdem sententia), quas Bonneti mei amicitiae debeo: fr. 339. 220. 388. 488. 187. 537, deinde f. 129 fr. 469. nulla inter eas Epicuro non digna, omnes etiam Maximo cognitae, ita tamen conpositae, ut neque ex Maximo neque ex fonte Maximi quem Wachsmuthii sagacitas inuestigauit, Parallelis sacris profanis excerptas esse probabile sit. itaque non poteram quin has et fortasse alias codicis illius partes ex uetustiore gnomologio secundum nomina philosophorum disposito sumptas esse statuerem, neque aliter Wachsmuthius iudicauit *Studien zu den griech. florilegien* (Berol. 1882) p. 135. interim ab Antonio Eltero, qui codicem ipse explorauit, didici Maximi syllogen ordine

1 cf. Wachsmuthius *Studien* p. 101 et alibi, Freudenthalius mus. Rhen. t. XXXV p. 423 sq. 421.

mutato, nil aliud illi codici inesse. cohibendum igitur iudicium, donec uir doctissimus et perspicacissimus thensaurum Maximi ex codicum multitudine strenuo sollertique studio pertractatorum restitutum dederit.

neque uero opus est hac nominum confusorum explicatione. praesto enim est longe simplicior et quae non in coniectura sed in re certa nitatur. constat enim non minus quam Stoicos etiam Pythagoreos posteriores Epicuri de uitae rationibus, maxime de cupiditatibus intra naturae fines coercendis praecepta mirifice amplexatos esse. iam Q. Sextius carne abstinendum esse non Pythagorae sed Epicuri argumentis docuit cf. Seneca epist. 108, 18. Apollonius Tyanensis Philostrato teste uit. I 7 Aegis διήκουε καὶ τῶν Ἐπικούρου λόγων, οὐδὲ γὰρ τούτους ἀπεσπούδαζεν, et frequens est in epistulis sub eius nomine fictis, eis praecipue quas Iohannes Stobaeus excerpsit, sententiarum Epicuri similitudo [1]. sic qui Perictionae nomen mentitur apud Stob. flor. LXXXV 19 mulieris uictum Epicuri modo ad fines naturae (πρὸς μέτρα φύσιος) reuocat (cf. p. 393). quid? quod notissimum Epicuri praeceptum, quod plane in prouerbium abiit [2], Λάθε βιώσας (fr. 551) adeo cum Platonicis Pythagorei probauerunt, ut Pythagorae ipsi adscriberent, quod Marinus in uita Procli c. 15 testatur τοσοῦτον ἐλάνθανεν ὅσον οὐδὲ οἱ Πυθαγόρειοι τὸ Λάθε βιώσας παράγγελμα τοῦ καθηγεμόνος ἀσάλευτον φυλάττοντες: iam ut idem olim Apollonius in ore gesserit, audi a Philostrato uit. VIII 28 p. 368 πάντα τὸν χρόνον ὃν ἐβίω λέγεται θαμὰ ἐπιφθέγγεσθαι· Λάθε βιώσας, εἰ δὲ μὴ δύναιο, λάθε

---

1 cf. Stob. fl. x 64 cum Ep. sent. 18 ep. III 132, XVII 15 cum ep. III 131 fr. 181. 602 et 221 (cf. adn. p. 345, 33), XXXVIII 58 cum fr. 488, CXXI 34 cum fr. 494, CXXIV 35 cum sent. 40 fr. 213; praeterea uide Stob. ecl. eth. p. 191, 1 Wachsm. (ubi u. 3 restitue λαλούμενα) et epistulas seruatas 10 (cf. Ep. fr. 564 et 187) 22. 26 init., cf. supra p. LVIII.

2 cf. Damascius apud Suidam u. Σαραπίων p. 675, 16 Bernh. τοῦ τε ἐν παροιμίᾳ λέγεσθαι εἰωθότος, ἔργῳ δὲ βεβαιωθέντος ὑπ' ἐκείνου, τοῦ Λάθε βιώσας.

ἀποβιώσας, et intelleges ut hanc ita alias Epicuri sententias non paucas paene necessario postea Pythagorae adscriptas esse. Pythagoreorum denique et Platonicorum exemplo euenit ut ne Christianae quidem ecclesiae patres coloribus Epicureis in sermonibus abstinerent: fecit hoc Iohannes Chrysostomus t. IX p. 435[d] Montef. (u. fr. 548) X p. 199[e] cf. I p. 500[d] 650[c] II p. 365[b] 367[c] quaeque plura doctiores alii eruent.

ceterum si recte haec de Iohanne Stobaeo et Maximo, de Seneca et Porphyrio disputaui, sequitur ut omnia quae illis locis seruata sunt Epicuri fragmenta ad epistulas referamus. his ego cur ea tantum adscripserim, quorum forma aut sententia originem indicat, si quaeris: nesciebam cum fragmenta disponerem, didici non ante quam in epistularum fragmentis operae occupabantur. neque aegre tuli quod mutari ordo iam non poterat. longe enim commodius secundum argumentum disposita legentur.

Praeter sectatores et Laertium testimonia de Epicuro magis locupletia et copiosa non sunt quam M. Tulli Ciceronis et Plutarchi. et Plutarchi quidem plures fuerunt contra hanc philosophiam dissertationes; ex Lampriae qui fertur indice[1] innotuerunt n. 80 Πρὸς τὴν τοῦ Ἐπικούρου ἀκρόασιν περὶ θεῶν 129 Περὶ Ἐπικουρείων ἐναντιωμάτων 133 Περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν πρὸς Ἐπίκουρον 143 Ὅτι παραδοξότερα οἱ Ἐπικούρειοι τῶν ποιητῶν λέγουσι 148 Στωικῶν καὶ Ἐπικουρείων ἐκλογαὶ καὶ ἔλεγχοι 155 Περὶ δεισιδαιμονίας πρὸς Ἐπίκουρον diuersa a libello seruato de superstitione 159 Περὶ βίων πρὸς Ἐπίκουρον, seruatae duae sunt Aduersus Coloten (Lampriae n. 81) et Contra Epicuri beatitudinem (L. 82), non solum fragmentis Epicuri et familiarium seruatis insignes, sed plenae, immo scatentes sententiis uerbisque Epicuri non indicatis sed disputationi intermixtis, et ex libris doctissimis, opinor, Clitomachi aut alius academici conscriptae. quas hoc uo-

---

1 uide p. LXX adn. 1.

lumine includendas existimassem, si codicum memoriam cognitam habuissem.

Minus liquidum de Cicerone iudicium est. qui siue diffitetur siue confitetur, omni tempore secutus Ennianum illud

philosophari est mihi necesse, at paucis, nam omnino haut placet

et degustandum non ingurgitandum sibi ratus, cum senex ciuibus philosophia explicanda utilis esse statuisset, tanta facilitate et celeritate libros scripsit ediditque, ut Graecorum exemplis uix legendis uacaret. miranti uel Attico respondit *apographa sunt, minore labore fiunt: uerba tantum adfero, quibus abundo.* bene profecto actum nobiscum esset, si optimorum librorum uel Panaetii ac Posidonii apographa nobis reliquisset. at nego Ciceronem eum fuisse qui philosophum Graecum ueritatem spinosa arte exputantem et in uiscera rerum penetrantem sequi aut uellet aut posset. foro natum erat hoc ingenium, non scholae. legit ille protrepticum Posidonii et in usum conuertit: eiusdem de officiis liber cum adeundus esset, ad Athenodorum Caluum scripsit, *ut ad se* τὰ κεφάλαια *mitteret* (ep. ad Att. XVI 11, 4 cf. 14, 4); utitur summario, Posidonii librum adponit ut saltem inspicere posset. uide ipse quam exiles ex Posidonii dapibus micae per priorem de diuinatione librum spargantur; uide (sed oculis utere ac rerum scientia) quanta in secundo de natura deorum libro ignorantiae ac neglegentiae specimina dederit, ubi cum Stoicorum theologiam se adumbrare simulet, unum ut memorem, summa principia Δία φύσιν εἱμαρμένην non solum qua ratione coniungantur non explicat sed paene oblitus esse uidetur[1]; uide etiam ubi Posidonium illic sequitur ut II 17, 45 sqq. quam incerta ac titubante lingua inertiam suam ipse prodat. igitur ut quanta ubique Ciceronis sit fides exploretur, non id solum quaeren-

1 naturae mentionem facit II 11, 29; definit eam secundum Zenonem post tempus 22, 57; postea definitionis huius oblitus 32, 81 sq. denuo definit.

dum est, quem sequatur scriptorem Graecum, sed sana strenuaque interpretatione, obseruando rerum tractationem et sententiarum ordinem speculandum, qua scribat ratione, quo modo quem sequendum sibi proposuerit exprimat. quam uiam cum G. Heylbutius[1] indicasset, qui post eum de auctoribus Ciceronis disputauerunt plerique minime ea qua par fuit constantia tenuerunt; ne R. Hirzelium quidem uirum quaestionibus de Cicerone philosopho doctissimis optime de Graecae philosophiae historia meritum plane excipias propter primum uolumen. ita enim est: umbram captes eamque fallacem si quaeras quem auctorem sequi Cicero uoluerit, nisi simul quo modo sequatur, expresserit necne, explores. Ex Epicuri philosophia Cicero locum de dis (fr. 352) et partem moralem (fr. 397) breuiter explicauit nec male, ut tamen neque inscitiae specimina desint neque lectionis eruditioris uestigia usquam appareant: igitur scholas expressit uel potius (quod in alterum locum cadere mihi certum est cf. adn. p. 271, 6 et 264, 1) summa capita (τὰ κεφάλαια) a Graeculo officioso breuiter consignata largiore stilo persecutus est. Longe alium sibique parem Tullium in eis librorum partibus obserues, ubi Academici personam induit. hic eleganter acuteque disertum, hic facetum, hic scriptorem uideas scribendo delectatum sibique merito placentem. hic denique eruditio quoque emicat non uolgaris. confer alterum de diuinatione librum cum priore, uel theologiae Stoicae refutationem (de nat. d. III) cum illius lineamentis tantum non puerilibus (ib. l. II). scilicet refutationem ex optimo exemplo modo Clitomachi modo Antiochi exprimit, explicationem tantum abest ut ex primariis sectae libris hauriat, ut nonnumquam secundum ipsam refutationem scribat adhibitis aut exilibus excerptis aut anacephalaeosi Graeculo alicui imperata. Non mirabimur in locis ex Academia petitis eruditionem. dic enim quo tibi modo Academicorum, in primis Carneadis scholas celeberrimas fingas

1 in dissertatione De Theophrasti libris περὶ φιλίας (Bonnae 1876) p. 36 sq.

haberi solitas? qui cum sciri non posse docerent, unus disserendi modus maxime necessarius erat, ut quem cumque locum tractarent, celeberrimi cuiusque philosophi sententias falsas esse euincerent. facere hoc non poterant nisi quodam sententiarum ex dogmaticorum libris selectarum apparatu instructi. quod qui negare uelit, ei demonstrandum erit Carneadem non apud doctos argumentorum ui uictrici, sed apud indoctos eloquentia ac facetiis ualuisse. quin etiam longius progredi licet. illud sententiarum contra quas pugnandum esset instrumentum non solum philosopho disserenti, sed etiam discipulis audientibus praesto esse oportuit. ac nouimus quale fuerit. in altero de natura deorum libro ut primum theologiae Stoicae caput *esse deos* explicet, locos ex Posidonio[1] temere arreptos cum enchiridii illius academici, quo fortasse ipse adulescens Athenis usus erat, reliquiis ineptissime miscet: hinc discimus enchiridion illud quod Carneades discipulis parauerat ita institutum fuisse, ut sub singulis capitibus sententiae aut argumentationes deinceps Zenonis Cleanthis Chrysippi, nullo opinor uerbo addito, adponerentur[2]. et cum huius enchi-

---

1 Posidonii certa uestigia conspiciuntur 6, 17 *An ne hoc quidem .... collocati sint* cf. R. Hirzel *unters.* II p. 892 sqq. Har. Fowler in Panaetii et Hecatonis fragm. p. 42. ib. 18 init. conl. Laert. Diog. VII 143. 7, 19 de aestu maritimo cf. Posid. Bakii p. 103 sqq. 15, 42—16, 44 cf. ibid. 6, 17. eidem disputatio 9, 23—12, 32 uindicanda est.

2 post disputationem ieiunam neque adeo eloquentem (2, 4—4, 12) Cicero enchiridio uti coepit. et ita utitur ut supina neglegentia securus esse deos demonstraturus Cleanthis sententiam ex diuerso capite sumptam 5, 13—15 interponat tamquam nouum argumentum. hae fere illius libelli reliquiae a Cicerone seruantur: cap. I Πόθεν ἔννοιαν ἔσχον θεῶν ἄνθρωποι (cf. Plut. plac. phil. I 6 Sextus adu. math. IX 48): Cleanthes unus 5, 13—15; II εἰ εἰσὶ θεοί (cf. Sextus l. s.): omisso Zenone et Cleanthe (fortasse a secundo auctore primi capitis ad tertium secundi inuitus delatus erat) statim Cicero Chrysippi argumentationes tres proponit 6, 16 primam *Si enim . . . quam deum* (cf. III 10, 25. 7, 17), alteram apagogicam ab illa, ut scribebat celeriter ac temere, ne disiunxit quidem *Etenim si di non*

ridii ordinem tamquam filum quoddam disputatio academica sequeretur, non potuit sane in explicatione sententiarum Tullius commodiore subsidio uti, modo infuissent quae ad explicationem maxime necessaria erant, notionum summarum definitio et alia id genus. sed ut obiter satis dictum de Cicerone philosopho, quem usque hodie uix credas magistros esse qui pueris legendum prae Platone tradant. Epicuri enim refutationes Tullianae quas duas tenemus dubitari nequit quin altera de dis (de nat. deor. I 22, 61 usque ad extremum) a Carneade, altera de philosophia morali (de fin. l. II) ab Antiocho originem ducant[1]. utraque eruditionis plena est neque aliena a cauillando. et Carneadem quidem alibi (p. 287, 8 ad fr. 436) uidemus Epicurum etiam maligna fictione inridere, ut tamen scientem non fallat. sed tamen quantumuis hi cauillentur, cum quae refutare uelint probe norint eamque scientiam ubique prodant, summa est eorum utilitas qui ex illo fonte riuos suos inrigarunt, Ciceronis ac Plutarchi.

Ne ipsi quidem inrisores fructu carent, modo caueatur ut amplificatio iocosa ad ueritatis modum redigatur. recte nuper R. Hirzelius Hermae t. XVIII p. 1 sqq. fabulae Lacydeae a Numenio et Laertio Diogene narratae uestigia

---

sunt . . . profecto deus (at in refutatione III 11, 26 scit esse diuersam), tertiam *An uero si domum . . . desipere uideare?* tamquam suam ponit sibique ipse III 7, 18 in prolusione refutationis oratoria adscribit, cum in refutatione Chrysippeam esse III 10, 26 non neget; III ζῷον λογικὸν εἶναι τὸν κόσμον (cf. Laert. VII 142) omnium optime seruatum, etsi uerbo non opus est totum alienissimum esse a prima quam statuit Cicero parte *esse deos* et potius ad alteram *qualis deorum natura sit* adtinere: Zenonis rationes quattuor bene distinctae 8, 21 sq. (secunda infra 12, 32 tamquam noua sine dubio ex Posidonio iteratur), Cleanthis argumentatio 12, 33—13, 36 (id quod constat ex Sexto adu. math. IX 88—91), Chrysippi duae conclusiones 14, 37—39. unum habeo quod addam fragmentum, naturae definitionem Zenoneam 22, 57 sq. loco ineptissimo inculcatam (cf. p. LXV 1).

1 cf. R. Hirzel *untersuchungen üb. Ciceros philos. schriften* I p. 32 sqq. II p. 630 sqq.

non scriptoris uitam philosophi narrantis sed poetae risum mouentis impressa esse monuit. sed de genere poetae errauit. non mehercle caueae spectandam ille, sed hominibus elegantioribus legendam scripserat fabulam pedestri sermone usus. multa id genus iocose contra philosophorum opiniones non minus cum sensu quam secum pugnantes scripta inde a saeculo tertio ferebantur. scilicet postquam Bio Borysthenita sermonibus suis (διατριβαί nomen erat) genus cynicum seueritate risuque mixtum perfecit, exstiterunt qui iam non praecepta moralia facetiis condirent sed quasi poetae tum philosophos ipsos ridicula persona ornatos exprimerent tum eorum opiniones ridendas exponerent, cynici Menippus et Meleager Gadarenses et si qui eorum similes fuerunt. de Menippi saturis hoc est Laertii VI 101 testimonium: τὰ δ' οὖν τοῦ κυνικοῦ βιβλία ἐστὶ δεκατρία· Νέκυια. Διαθῆκαι. Ἐπιστολαὶ κεκομψευμέναι ἀπὸ τοῦ τῶν θεῶν προσώπου. Πρὸς τοὺς φυσικοὺς καὶ μαθηματικοὺς καὶ γραμματικούς. καὶ Γονὰς Ἐπικούρου. καὶ τὰς θρησκευομένας ὑπ' αὐτῶν Εἰκάδας. καὶ ἄλλα: mutila tabula, fortasse etiam hiatu deformata ante Πρὸς τούς, quo potuit et aliorum librorum memoria et ἔγραψε δὲ καὶ intercidere: hoc enim uerbo carere nequeunt accusatiui Γονὰς et Εἰκάδας, nisi neglegentia librariorum factum esse statuerimus ut ad πρὸς praepositionem hi tituli olim primo casu positi pessime referrentur. duabus igitur saturis Menippus Epicureos sale nigro perfricuit. et ea quidem, cui Γοναὶ Ἐπικούρου[1] nomen erat, atomorum doctrinam mordacissime perstrinxit: profectus a Neoclis fratris dicto fr. 178 quod Epicurum non puduerat memoriae mandare,

---

1 Miratus sum nuper Th. Kockii de Dem. or. Mid. 149 τὰς ἀπορρήτους . . . τούτου γονάς iudicium (mus. Rhen. XLI p. 94 et 117). constans et certus in hac re usus est numeri pluralis, neque aliter Χρυσίππου ταφάς Aristocreo Stoicus inscripsit (Philod. de Stoicis p. 72 Comp.), Romanum scriptorem agnoscas in titulo saturae Varronianae Μενίππου ταφή; eadem caussa διαθῆκαι dici solent. fortasse idem numeri usus Wachsmuthium mouit ut (Corpusc. poes. ep. ludib. I p. 82, 1) Ἐπικούρου γονάς interpretaretur *Epicurees*.

de atomis quo modo in Chaerestratae matris utero coaluissent ut homo omnium sapientissimus formaretur, philosophatus est: cuius disputationis saltem umbram quandam Dionysius Eusebii praep. eu. XIV 26, 2 sq. p. 779ᵃ seruare uidetur. alterius saturae argumentum erant feriae sollemnes Epicureorum Εἰκάδες nullo non mense celebratae et ab Epicuro ipso institutae: quae quam inepte in magistri memoriam ab eis agerentur qui deos manes esse aut post mortem sensum relinqui praefracte negarent, et facile et facete poterat demonstrari. hodie quoque eius generis exemplum lepidissimum superest Plutarchi G r y l l u s: inepte libello nunc mutilato Περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι inscripserunt, tamquam non risum mouere sed docere scriptor uelit; in Lampriae qui fertur indice librorum Plutarchi et n. 127 Περὶ ζῴων ἀλόγων ποιητικός et n. 135 Εἰ λόγον ἔχει τὰ ζῷα[1] huc referri potest. Vlixes inducitur Circen exorans ut reliquo bestiarum gregi formam humanam restituat. non abnegat mulier, si tamen consenserint bestiae. prodit quidam Grunnius Corocotta (Γρύλλος) pro sociis malorum cum Vlixe conlocuturus, qui tantum abest ut hominem iterum induere paratus sit, ut grauissimis argumentis disputet longe animalium uirtutes praestare humanis. haec argumenta omnia, et saepe quidem uerbo tenus, ex Epicuri philosophia petita sunt. notum est Stoicorum opprobrium, Epicuream beatitudinem esse pecoris potius quam hominis (cf. adn. p. 274, 23); norunt ex Horatio ep. I 4, 16 etiam pueri *Epicuri de grege porcum*; iam Cicero sic in L. Calpurnium Pisonem Philodemi fautorem inuehitur *confer te nunc Epicure noster, e x h a r a p r o d u c t e, n o n e x s c h o l a, confer si audes absentiam tuam cum mea* (or. in Pis. 16, 37): num dubitabis quod consilium eius fuerit qui primus illa commentus est? qui dum porcum inducit suae beatitudinis laudatorem, humanae uituperatorem, c[a]rita

1 M. Treu, *der sogen. Lampriascatalog der Plutarchschriften* (Waldenb. 1873) p. 12. qui p. 51 *b* alterum tantum titulum n. 135 ad Gryllum reuocat.

ethices Epicureae omnia eadem opera et percensuit et acerbe inrisit. non solum egregius scriptor et qui Epicuri libros diligenti lectione pernosset, sed etiam antiquus ille fuit. irrita enim tela iecisset, nisi omnes facile uiderent, ex quo sumpta essent armamentario; in ipso igitur pugnae inter sectas exortae ardore conicias illam saturam scriptam esse. qua re ex Gryllo Plutarchi, cuius usum ad fr. 456 et 517 indicaui, satis fidenter etiam plura licebit tollere, quae ad ethicen Epicuri utilia sint.

Ab aduersariis omnium dogmaticorum ad Epicuri hostes transeo. paucissima de his certaminibus ad nos perlata sunt; Megaricorum aut dialecticorum pugnas uix fando audiuimus, Antidori ab Epicuro inpugnati ne sectam quidem nouimus. de his igitur tacere praestat, donec aliquid lucis uolumina Herculanensia adfulserint. ex eis qui durarunt, aduersarii Epicureis fortasse mitissimi Peripatetici fuerunt, sed eidem doctrinae Epicureae omnium minimam curam habuerunt, ut indocte de ea nec diligenter referant; id quod uel in Alexandrum Aphrodisiensem cadit. omnium longe acerbissimi et grauissimi Stoici. quorum sectae cum a principio Epicuri philosophia omnis repugnaret, etiam magis contraria facta est, postquam Persaeus unam Stoicorum doctrinam seruando regno et ciuitati utilem esse Antigono regi persuasit et ad regni commoda philosophiam reuocauit. prodiit Cleanthes aduersarius, ut Aristarchus Samius expertus est, acer uehemensque, qui non solum atomos inpugnaret sed etiam imaginem uiuidam exornando Virtutum ancillantium miserationem, odium Voluptatis dominantis commoueret [1].

1 scripsit Cleanthes περὶ τῶν ἀτόμων (Laert. Diog. VII 134) et πρὸς Δημόκριτον (ib. 174), ut Sphaerus περὶ ἐλαχίστων et πρὸς τὰς ἀτόμους καὶ τὰ εἴδωλα (Laert. VII 178); porro περὶ ἡδονῆς (ib. 175) libros plures, cf. fragmenta a Wachsmuthio collecta in prooemio ind. lect. Gotting. aest. 1874 p. 18. de pictura celeberrima, quam Cebes imitatus est, uide Ciceronem de fin. II 21, 69 de offic. III 33, 117 Augustinum de ciu. dei V 20, cf. Gassendi animadu. p. 1685 sqq. aliam imaginem eiusdem opinor originis Cicero indicat Tusc. disp. V 5, 13 sq. (cf. de off. III 33, 116 'talium uirtutum choro').

iam magis magisque coeptum est odiis irisque dimicari[1]. ad infamandum Epicurum fuere qui epistulas inpudicas tamquam ab illo scriptas publicarent. seuerissima plebiscita in Epicureos a Messeniis Lyctiis Phalannaeis[2] facta multitudinis superstitiosae odio Stoicorum calumniis excitato. nec minus exacerbatos fuisse Epicureos credas. ne Philodemum quidem puduit Stoicos impietatis, atrocissimi criminis, reos ad iudicem longe saeuissimum plebem deferre π. εὐσ. p. 84 G. (VH² II 17) πάντες οὖν οἱ ἀπὸ Ζ[ή]νωνος εἰ καὶ ἀπέλ[ει]πον τὸ δαιμόνιον, ὥςπ[ε]ρ οἳ μὲν οὐκ ἀπ[έ]λειπον, [οἳ] δ' ἐν τισὶν οὐκ ἀπέ[λει]πον, ἕνα [θε]ὸν λέγου[σι]ν εἶναι, γίνεσθαι [δὲ] καὶ τὸ πᾶν σὺν τῆι ψυχῆ, πλανῶσιν δ' [ὡς] πολλοὺς ἀπολ[ε]ίπον[τες]. ὥςτ' [οὐ κα]τὰ ν[ό]μ[ο]ν θ[εοὺς ἐννο]εῖν ἀ[λλ' ἀ]ναιρεῖν ἐπιδεικ[ν]ύσθωσαν τοῖς πολλοῖς, ἕνα μόνον ἅπαντα λέγοντες, οὐ πολλούς, οὐδὲ πάντας ὅσους ἡ κοινὴ [φ]ήμη παραδέδωκεν, ἡμῶν οὐ μόνον ὅσους φασὶν οἱ Πανέλληνες ἀλλὰ καὶ πλείονας εἶναι λεγόντων et quae praeterea impietatis signa recenset. quodsi tam inhumane eum agere uidemus, quem ne in foro quidem pugnans Cicero negauit hominem humanum esse (or. in Pisonem 28, 68), quod genus certaminis illos exercuisse putabimus, quibus cum

1 Epicuro uiuo uel ut accuratius definiam, anno 292 irae illae nondum exarserant cf. fr. 156, ubi tamen in lacuna necesse est etiam posteriorem annum commemoratum fuisse.

2 una cum Messeniorum decreto Alcaeum et Philiscum Epicureos cos. L. Postumio Roma pulsos (cf. Zeller hist. philos. Gr. t. III 1³ p. 372, 1) memorat Athenaeus XII p. 547ᵃ et Aelianus u. h. IX 12 de prouid. fr. 39 Herch. ap. Suidam u. Ἐπίκουρος p. 419, 6 Bernh. de Lyctiorum Cretensium lege idem Aelianus mira, non fabulosa narrat fr. 39 l. s. p. 420, 1. eiectos ex ciuitatibus testatur etiam Sextus emp. adu. math. II 25 et Cleomedes (infra p. LXXIV) cf. Plut. contra Epic. beatit. 19 p. 1100ᵈ ψηφίσματα βλάσφημα πόλεων ὅσα γέγραπται πρὸς αὐτούς. sectam defendebat Philodemus π. τῶν φιλοσόφων VH¹ VIII c. 2: δό]ξας ἀ[νοσιω]τάτας ἐπιτελεῖν [πρ]άξεις καὶ δι[ώκει]ν [ἡδ]ονὴν [ὑπὸ] Φαλανναίω[ν] κ[αὶ Μεσ]σηνίων ἐκβεβλῆσθαι, infra τ]αῦτα τὰ ψ[ηφίσμα]τα: liquet unum tantum Epicureum dici et a Messeniis et a Phalannaeis (incertum Perrhaebis an Cretensibus) eiectum esse.

Chrysippo Antipatro Diogene luctandum esset? Obmutuerunt clamores litigantium; solum conuiciorum specimina quaedam cum Cicerone Cleomedes maxime seruauit. olim multa Chrysippi uolumina in oppugnando Epicuro uersabantur: mutilatus eius librorum index apud Laertium VII 202 saltem haec seruauit Περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς[1] πρὸς Ἀριστοκρέοντα ι̅. Ἀποδείξεις πρὸς τὸ μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν τέλος δ̅. Ἀποδείξεις πρὸς τὸ μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν δ̅: ceteri tituli cum fine libri interierunt. copiosissima sine dubio quaecumque aduersus Epicurum Chrysippus scripsit quasi horrea quaedam erant sententiarum aduersarii ad uerbum transscriptarum; notum enim est nullius ueteris scriptoris opera testimoniis undique constipatis pleniora fuisse quam Chrysippi[2]. sed et haec et quidquid ceteri Zenonis sectatores scriptitarunt, omnia aetas longa funditus deleuit, quae uel partium iram aliquando (ut uidimus p. LVII) in studium uertit adeoque nouum florem Epicureis concessit.

Etenim ingrauescente in diem cum religione superstitione non hercle mirum si quotquot inpediri mentem animi uincirique aegre ferrent, eis quasi portus tutissimus patere uisus est Epicuri hortus. hic contra timores rerum caelestium et infernarum aere triplici pectus obducebatur, hinc tamquam ex armamentario publico contra aniles quae uidebantur fabellas ac superstitiones certissima sumebantur et acutissima tela. ut olim Lucretio, etiam magis tunc Epicurus existimatus est ἀνὴρ ὡς ἀληθῶς ἱερὸς καὶ θεσπέσιος τὴν

---

1 exstant fragmenta, cf. Bagueti de Chrysippi uita cett. commentat. p. 264 sqq.

2 praeter locos infra p. 85, 9. 87, 7. 342, 14 positos cf. Galenus de Hippocr. et Plat. dogm. p. 261. 265. 275. 307 Muell. illud — τὸ ἀπὸ τῶν παρατεθειμένων ἐπισεσυρμένον Philodemus dicit (u. p. 416ᵇ) — iam in Zenonis libris inerat (u. p. 85, 10). quod si tenueris (uide maxime p. 342, 14—17), non latebit, unde gnomologia antiquissima originem duxerint. de quocumque loco morali commentarium Chrysippi in manus sumpsisses, excerptis inde poetarum testimoniis paratum erat amplissimum caput gnomologii.

φύσιν καὶ μόνος μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ ἐγνωκὼς καὶ παραδεδωκὼς καὶ ἐλευθερωτὴς τῶν ὁμιλησάντων αὐτῷ γενόμενος (Lucianus infra p. 262, 12). conqueritur ut Stoicus tempora mutata Cleomedes II 1 p. 107 Bak. οἱ μὲν οὖν παλαιότεροι ἐξεκήρυσσον ἐκ τῶν πόλεων καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς αἱρέσεως καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, λύμην καὶ διαφθορὰν τῶν ἀνθρώπων εἶναι ὑπολαμβάνοντες τὰ ἐπὶ τοσοῦτον καὶ τυφλότητος καὶ κιναιδίας ἥκοντα τῶν δογμάτων. οἱ δὲ νῦν, ἅτε οἶμαι ὑπὸ τρυφῆς καὶ μαλακίας ἐκλελυμένοι, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκτετιμήκασι τοὺς ἀπὸ τῆς αἱρέσεως καὶ αὐτὰ τὰ συγγράμματα, ὥςτε καὶ κινδυνεύουσι μᾶλλον Ἐπίκουρον καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ἀληθῆ λέγειν βούλεσθαι ἢ θεοὺς καὶ πρόνοιαν ἐν τοῖς ὅλοις εἶναι κτλ. igitur inde ab Hadriani temporibus creuisse credas Epicureorum numerum. permulti certe fuere multumque ualuit disciplina sub Antoninis. testatur hoc Lucianus libro quem de Alexandro inpostore ad Celsum scripsit maxime c. 25. testatur etiam Galenus haud paucis libris scriptis quibus Epicuream philosophiam explicaret ac refutaret; quos ipse enumerat De libris suis c. 17 t. XIX p. 48 K. Περὶ τοῦ κατ' Ἐπίκουρον εὐδαίμονος καὶ μακαρίου βίου β̄. Περὶ τῆς κατ' Ἐπίκουρον ἀμαυροῦ ἡδονῆς β̄ (cf. fr. 441). Ὅτι τὰ ποιητικὰ τῆς ἡδονῆς ἐλλιπῶς Ἐπικούρῳ λέλεκται ᾱ. Περὶ τῆς ἡδονικῆς αἱρέσεως. Εἰ ἡ φυσιολογία (φιλολ- ed.) χρήσιμος εἰς τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ᾱ. Περὶ τῶν Πρὸς τοὺς σοφιστὰς ἐννέα Μητροδώρου (cf. infra p. 413[a]). Ἐπιστολὴ πρὸς Κέλσον Ἐπικούρειον. Ἐπιστολὴ Πουδεντιανοῦ Ἐπικουρείου; accedunt ex c. 13 p. 45 Περὶ ἀλυπίας ᾱ et Περὶ ἡδονῆς καὶ πόνου ᾱ. neque aliter intellegetur quod Alexander Aphrodisiensis saepe non nominatam doctrinam Epicuri oppugnat. sic fieri potuit ut imp. Marcus Aurelius non solum nobilioribus philosophorum sectis sed etiam Epicureae cathedram Atheniensem cum annuo stipendio adsignaret[1]. igitur ut Aristocles Eusebii

1 cf. Philostr. uit. soph. II 2 p. 566 Lucianus eunuch. c. 3 uid. Zumpt *üb. d. bestand der philos. schulen in Athen* comm. acad. Berol. a. 1843 p. 50 sq.

Galenvs de usu partium XII 6 t. IV p. 21 K. καὶ μέντοι καὶ ὁ δημιουργὸς ἡμῶν εἰδὼς ἀκριβῶς τῶν τοιούτων ἀνδρῶν τὴν ἀχαριστίαν ὅμως δημιουργεῖ, καὶ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους ὁ ἥλιος ἀπεργάζεται καὶ τοὺς καρποὺς τελειοῖ μηδὲν φροντίζων, οἶμαι, μήτε Διαγόρου μήτ' Ἀναξαγόρου μήτ' Ἐπικούρου μήτε τῶν ἄλλων τῶν εἰς αὐτὸν βλασφημησάντων. ἀγαθῷ γὰρ οὐδενὶ περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος, ἀλλ' ὠφελεῖν πάντα καὶ κοσμεῖν πέφυκεν.

Avgvstinvs de ciuitate dei XVIII 41 'nonne apud Athenas et Epicurei clarebant adserentes res humanas ad deorum curam non pertinere, et Stoici qui contraria sentientes eas regi atque muniri diis adiutoribus et tutoribus disputabant? unde miror, cur Anaxagoras reus factus sit, quia solem dixit esse lapidem ardentem, negans utique deum, cum in eadem ciuitate gloria floruerit Epicurus uixeritque securus non solum solem uel ullum siderum deum esse non credens, sed nec Iouem nec ullum deorum omnino in mundo habitare contendens, ad quem preces hominum supplicationesque perueniant'.

343 Aetivs II 20, 14 p. 350 D. (Stob. ecl. phys. 25, 3 Plut. II 20, 5) Ἐπίκουρος γήινον πύκνωμα τὸν ἥλιόν φησιν εἶναι κισηροειδὲς καὶ σπογγοειδὲς ταῖς κατατρήσεσιν ὑπὸ πυρὸς ἀνημμένον.

cf. Achilles 19 p. 138ᵈ Pet. Ἐπίκουρος δὲ κισηροειδῆ αὐτὸν ἔφη ἐκ πυρὸς διὰ τρημάτων τινῶν τὸ φῶς ἐκπέμποντα.

1 dictum Socrati rectius tribuitur a Minucio Felice 13, 1 Lactantio III 20, 10 al.; Epicuro ut imputaretur, effecit similitudo sententiae II || 5 cf. ep. I 77 p. 28, 6 sq. | 16 Plat. Tim. p. 29ᵉ | 19 Ep. sent. I || 29 κισηροειδῶς et σπογγοειδῶς libri, olim correctum

344 Aetivs II 22, 6 p. 352 D. (Plut. II 22) Ἀναξιμένης πλατὺν ὡς πέταλον τὸν ἥλιον. Ἡράκλειτος σκαφοειδῆ, ὑπόκυρτον. οἱ Στωικοὶ σφαιροειδῆ ὡς τὸν κόσμον καὶ τὰ ἄστρα. Ἐπίκουρος ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα.

345 Aetivs II 21, 5 p. 352, 1 D. (Plut. II 21, 2 Stob. ecl. phys. 25, 3) Ἐπίκουρος (τὸν ἥλιον) τηλικοῦτον ἡλίκος φαίνεται, ἢ μικρῷ τινι μείζω ἢ ἐλάττω.

346 Servivs in Verg. georg. I 247 'aut "intempesta silet", quia Epicurei dicunt non ire solem per alterum hemisphaerium, sed semper † his ab ortu colligi scintillas et fieri orbem solis'. idem in Verg. Aen. IV 584 'nouo lumine . . . secundum Epicureos qui stulte solem de atomis dicunt constare, et cum die nasci, cum die perire'.

347 Ivnivs Philarg. in Verg. georg. II 478 p. 248 Vrsini 'Varios defectus secundum Epicurum, qui ait non unam causam pronuntiandam, qua sol deficere uidetur, sed uarias: potest enim fieri ut extinguatur, ut longius recedat, ut aliquod eum corpus abscondat'. Themistivs paraphr. Arist. anal. post. A 33 (p. 89ᵃ 38) f. 9ᵘ Ald. p. 66, 7 Speng. διό περ οὐδ' οἷόν τε τὸν αὐτὸν περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ δόξαν ἔχειν ἅμα καὶ ἐπιστήμην· ἅμα γὰρ ἂν ὑπολαμβάνοι καὶ ἐνδέχεσθαι καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν τὸ αὐτό· ἀλλ' ἐν ἄλλῳ μὲν εἶναι περὶ τούτου δόξαν, ἐν ἄλλῳ δ' ἐπιστήμην συμβαίνει· ἐν Ἐπικούρῳ μὲν γὰρ δόξα ἦν, ὅτι τῆς σελήνης ὑποτρεχούσης ὁ ἥλιος ἐκλιμπάνει, ᾤετο γὰρ αὐτὸ ἐνδέχεσθαι καὶ ἄλλως ἔχειν· ἐν Ἱππάρχῳ δὲ ἐπιστήμη.

348 Scholion Epicuri ep. I 74 p. 26, 9 καὶ ἐν ἄλλοις (φησὶν Ἐπίκουρος) τὴν γῆν τῷ ἀέρι ἐποχεῖσθαι.

349 Aetivs III 4, 5 p. 371 D. (Plut. III 4, 2 Parall. N 6, 5 p. 691 Gf.) Ἐπίκουρος (νέφη καὶ ὑετὸν κτλ. γίνεσθαι) ἀπὸ τῶν ἀτόμων. στρογγυλαίνεσθαι δὲ τὴν χάλαζαν καὶ τὸν ὑετὸν ἀπὸ τῆς μακρᾶς καταφορᾶς ὑποπεπλασμένον.

350 Aetivs III 15, 11 p. 381 D. (Plut. III 15, 9) περὶ σεισμῶν γῆς.

6 cf. [Ep.] ep. II 91 || 9 uid. [Ep.] ep. II 92. cf. schol. Bern. ad georg. I 248 p. 866 Hag. | 10 fort. *superne sub ortum* || 15 cf. [Ep.] ep. II 96 p. 42, 4 || 26 hoc fr. pertinet ad Περὶ φύσεως l. XI cf. p. 126, 27 || 29 cf. [Ep.] ep. II 99. 106 sq. || 32 cf. [Ep.] ep. II 105

Ἐπίκουρος ἐνδέχεσθαι μὲν ὑπὸ πάχους ἀέρος τοῦ ὑποκειμένου ὑδατώδους ὄντος ἀνακρουομένην αὐτὴν καὶ οἷον ὑποτυπτομένην κινεῖσθαι· ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ σηραγγώδη τοῖς κατωτέρω μέρεσι καθεστῶσαν ὑπὸ τοῦ διασπειρομένου πνεύματος εἰς τὰς ἀντροειδεῖς κοιλότητας ἐμπίπτοντος σαλεύεσθαι.

351 SENECA nat. quaest. VI 20 'ueniamus nunc ad eos, qui omnia ista quae rettuli in causa esse dixerunt aut ex iis plura. Democritus plura. ait enim motum aliquando spiritu fieri, aliquando aqua, aliquando utroque . . . . . . (5) omnes istas esse posse causas Epicurus ait pluresque alias temptat et illos qui aliquid unum ex istis esse adfirmauerunt, corripit, cum sit arduum de his quae coniectura sequenda sunt aliquid certi promittere. ergo, ut ait,

potest terram mouere aqua, si partes aliquas eluit et adrosit, quibus desiit posse extenuatis sustineri quod integris ferebatur. potest terram mouere inpressio spiritus: fortasse enim aere extrinsecus alio intrante agitatur, fortasse aliqua parte subito cadente percutitur et inde motum capit. fortasse aliqua pars terrae uelut columnis quibusdam ac pilis sustinetur, quibus uitiatis ac recedentibus tremit pondus inpositum. fortasse calida uis spiritus in ignem uersa ful-

6 sqq. usus sum lectione codicum Bambergensis (B) Berolinensis (E) Leidensis (L) Wirzeburgensis (W) a Brunone Larisch Silesio enotata mihique humanissime commodata, codicis Gudiani (G) secundum Fickerti testimonia | 7 aut ex] *de* B | *his* libri | 8 plura. ait] *ait. Dicit* B *plura putat. ait* ceteri | *fieri* ante *spiritu* traicit L, ante *aliquando* B | 9 *esse posse* BGL: *posse esse* EW | 10 illos] *alios* libri | *aliquod* EW (non B) | *imum* E | *ex istis* ante *aliquid* dat B | 11 *hiis* G *eis* L | *coniectatur* W[1] | 12 sq. *potest ergo ait* B | 13 et 15 *mouere* BGL: *conmouere* EW | 13 *arrosit* BL *adrasit* G *abrasit* EW | 14 sustineri] *sufficere* B | 15 ferebatur] *ad sustinendum sat erat* B | 16 *aer* B, EW *aer et* GL | *extrinsecus* om EW | *intrante* B[1]: *intrante aere* B[2]GL, EW emendata lectione male interposita | *fortasse* omissum post *aliqua* inseruit L[2] | 17 *aliqua subito parte percutitur decidente* B | *cadente* L: *decidente* ceteri | inde] *tamen* G[1] | 18 *aliqua* om W[1] | *uelud* W | 19 quibus] *quibusdam* G | uitiatis] *inpulsis* B | 20 *uersa* B: *uersa et* GL *uersat et* EW | *fulminum* G[1]

mini similis cum magna strage obstantium fertur. fortasse palustres et iacentes aquas aliquis flatus inpellit et inde aut ictus terram quatit aut spiritus agitatio ipso motu crescens et se incitans ab imo in summa usque perfertur. nullam tamen illi placet causam motus esse maiorem quam spiritum'.

DE DIS

LVCRETIVS V 52

'cum bene praesertim multa ac diuinitus ipsis
immortalibus de diuis dare dicta suerit' (Epicurus).

352 CICERO de nat. deor. I 16, 43 'Solus enim (Epicurus) uidit primum esse deos, quod in omnium animis eorum notionem inpressisset ipsa natura. quae est enim gens aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum?
c. 17 quam appellat πρόληψιν Epicurus ...... Quod igitur fundamen- (44)
tum huius quaestionis est, id praeclare iactum uidetis. cum enim non instituto aliquo aut more aut lege sit opinio constituta maneatque ad unum omnium firma consensio, intellegi necesse est esse deos, quoniam insitas eorum .... cognitiones habemus. de quo autem omnium natura consentit, id uerum esse necesse est. esse igitur deos confitendum est. Quod quoniam fere constat inter omnis non philosophos solum sed etiam indoctos, fateamur constare illud etiam, hanc nos habere siue anticipationem, ut ante dixi, siue praenotionem deorum ....., ut deos beatos et inmortales putemus. quae (45)
enim nobis natura informationem ipsorum deorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos aeternos et beatos haberemus. .....

1 *obstantium strage* B | 2 et] *ac* B | *aliquas* G^1 | 3 *motu ipso* L | 4 *et in se* L^1 | *profertur* BL || 10 Tulliana quamuis non sint de fonte excepta, tamen cum summam libri π. θεῶν reddere uideantur, deesse nolui. adposui quae Cottam ex illis referentem Cicero facit. cetera testimonia secundum ordinem Tullianae disputationis disposui | 11 cf. 36, 100 'habebam, inquis, in animo insitam informationem quandam dei' | 12 cf. 23, 62 'quod enim omnium gentium generumque hominibus ita uideretur, id satis magnum argumentum esse dixisti, cur esse deos confiteremur' | 14 uid. p. 188, 17 | 21 *fatemur* libri: corr. B^2 | 25 cf. 24, 68 'illud uestrum beatum et aeternum, quibus duobus uerbis significatis deum' 34, 95 'clamare non desinitis retinendum hoc esse, deus ut beatus inmortalisque sit'

Si nihil aliud quaereremus nisi ut deos pie coleremus et ut superstitione liberaremur, satis erat dictum. nam et praestans deorum natura hominum pietate coleretur, cum et aeterna esset et beatissima (habet enim uenerationem iustam quicquid excellit), et metus omnis a ui atque ira deorum pulsus esset: intellegitur enim a beata inmortalique natura et iram et gratiam segregari, quibus remotis nullos a superis inpendere metus. sed ad hanc confirmandam opinionem anquirit animus et formam et uitae actionem mentisque agitationem in deo.

(46) Ac de forma quidem partim natura nos admonet, partim ratio c. 18
docet. nam a natura habemus omnes omnium gentium speciem nullam aliam nisi humanam deorum. quae enim forma alia occurrit umquam aut uigilanti cuiquam aut dormienti? sed ne omnia reuo-
(47) centur ad primas notiones, ratio hoc idem ipsa declarat. nam cum praestantissumam naturam, uel quia beata est uel quia sempiterna, conuenire uideatur eandem esse pulcherrimam, quae conpositio membrorum, quae conformatio liniamentorum, quae figura, quae species
(48) humana potest esse pulchrior? ..... Quod si omnium animantium formam uincit hominis figura, deus autem animans est, ea figura profecto est, quae pulcherrima sit omnium. quoniamque deos beatissimos esse constat, beatus autem esse sine uirtute nemo potest nec uirtus sine ratione constare nec ratio usquam inesse nisi in

4 cf. 41, 116 'est eorum eximia quaedam praestansque natura, ut ea debeat ipsa per se ad se colendam allicere sapientem' | 8 *uitam et actionem mentis atque* libri: corr. Beierus | 10—22 cf. 27, 76 'non deest hoc loco copia rationum, quibus docere uelitis humanas esse formas deorum: primum quod ita sit informatum [anticipatum] mentibus nostris, ut homini, cum de deo cogitet, forma occurrat humana; deinde quod, quoniam rebus omnibus excellat natura diuina, forma quoque esse pulcherrima debeat, nec esse humana ullam pulchriorem; tertiam rationem adfertis, quod nulla alia figura domicilium mentis esse possit' | 20 sit] *est* Maduigius | 21 sq. cf. 31, 89 'beatos esse deos sumpsisti. — beatum autem esse sine uirtute neminem posse. — uirtutem autem sine ratione constare non posse. — adiungis, nec rationem esse nisi in hominis figura' | 22 sq. cf. 31, 87 'numquam uidi, inquit, animam rationis consilique participem in ulla alia nisi humana figura' et 35, 98 | 22 *in* seruauit B

hominis figura, hominis esse specie deos confitendum est. nec tamen ea species corpus est sed quasi corpus, nec habet sanguinem (49)
c. 19 sed quasi sanguinem . . . . . . Epicurus autem, qui res occultas et penitus abditas non modo uiderit animo sed etiam sic tractet ut manu, docet eam esse uim et naturam deorum, ut primum non

1—3 cf. 25, 71 'dum indiuiduorum corporum concretionem fugit (Epicurus), ne interitus et dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum sed tamquam corpus, nec sanguinem sed tamquam sanguinem' et omnino c. 24, 68 — 26, 74. add. 44, 123 'Posidonius disseruit in libro quinto de natura deorum, nullos esse deos Epicuro uideri, quaeque is de dis inmortalibus dixerit, inuidiae detestandae gratia dixisse [cf. adn. ad p. 103, 7]: neque enim tam desipiens fuisset ut homunculi similem deum fingeret, liniamentis dum taxat extremis, non habitu solido, membris hominis praeditum omnibus [cf. 33, 92], usu membrorum ne minimo quidem, exilem quendam atque perlucidum, nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem'. 27, 75 'cedo mihi istorum adumbratorum deorum liniamenta atque formas'. 35, 98 'deum tamen nosse te dicis, modo liniamenta maneant'. II 23, 59 'Epicurus monogrammos deos et nihil agentes commentus est' (uid. Dionysius Eusebii praep. eu. XIV 27 p. 783c κενὰς ἀνυποστάτων θεῶν τερατευσάμενος ἐζωγράφησε σκιάς). de diuin. II 17, 40 'deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos et perflabilis et habitantis tamquam inter duos lucos sic inter duos mundos propter metum ruinarum, eosque habere putat eadem membra quae nos, nec usum ullum habere membrorum' | 5 sq. cf. 37, 105 'sic enim dicebas, speciem dei percipi cogitatione, non sensu, nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere, eamque esse eius uisionem, ut similitudine et transitione cernatur neque deficiat umquam ex infinitis corporibus similium accessio, ex eoque fieri ut in haec intenta mens nostra beatam illam naturam et sempiternam putet . . . . si tantum modo ad cogitationem ualent (di) nec habent ullam soliditatem nec eminentiam, quid interest utrum de hippocentauro an de deo cogitemus? . . . . (106) hoc idem fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo esse beati atque aeterni intellegantur. Fac imagines esse quibus pulsentur animi: species dum taxat obicitur quaedam. num etiam, cur ea beata sit, cur aeterna?' 39, 109 'fluentium frequenter transitio fit uisionum, ut e multis una uideatur . . . quo modo probas continenter imagines ferri? aut si continenter, quo modo aeternae? Innumerabilitas,

sensu, sed mente cernantur nec soliditate quadam nec ad numerum ut ea quae ille propter firmitatem στερέμνια appellat: sed imaginibus similitudine et transitione perceptis, cum infinita simillumarum imaginum series ex innumerabilibus indiuiduis existat et ad nos adfluat, cum maximis uoluptatibus in eas imagines mentem intentam infixamque nostram intellegentiam capere, quae sit et beata natura et aeterna.

(50) summa uero uis infinitatis, et magna ac diligenti contemplatione dignissima est, in qua intellegi necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria respondeant. hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est aequabilem tributionem. ex hac igitur illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse inmortalium non minorem, et si quae interimant innumerabilia sint, etiam ea quae conseruent infinita esse debere.

Et quaerere a nobis soletis, quae uita deorum sit quaeque ab iis (51) degatur aetas. ea uidelicet, qua nihil beatius, nihil omnibus bonis afluentius cogitari potest. nihil enim agit, nullis occupationibus est inplicatus, nulla opera molitur, sua sapientia et uirtute gaudet, habet exploratum fore se semper cum in maximis, tum in aeternis

inquis, suppeditat atomorum. num eadem ergo ista faciet, ut sint omnia sempiterna?' uid. RHirzel *unterss. z. Ciceros philos. schrr.* I p. 46 sqq. | 1 cf. 38, 108 'uos non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis' II 30, 76 | *cernatur* libri: corr. Schoemannus | 1 sq. cf. 27, 75 'illud uideo pugnare te, species ut quaedam sit deorum, quae nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura leuis perlucida' | 3 sq. cf. 41, 114 'nec uideo quo modo non uereatur iste deus beatus ne intereat, cum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna, cumque ex ipso imagines semper afluant' [*affluant* libri: corr. Pareus, cf. Dombart in Fleckeiseni annali 1877 p. 346] | 4 series] *species* libri: corr. Brieger *beitrr. z. kritik einiger philos. schrr. Cic.* (Posnaniae 1873) p. 13 | *nos* Lambinus: *deos* libri | 5 cf. 38, 106 (supra ad p. 234, 5) | 8—14 cf. 39, 109 'confugis ad aequilibritatem (sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus) et ais, quoniam sit natura mortalis, inmortalem etiam esse oportere .... et quia sunt quae interimant, sint quae conseruent' | 12 cf. 30, 84 'deinde nominum non magnus numerus . . . , deorum autem innumerabilis' | 16 sqq. cf. 40, 111 'quae ergo uita? suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu' etqs. | 17 *affluentius* fertur

c. 20 uoluptatibus. hunc deum rite beatum dixerimus, uestrum uero la- (52)
boriosissimum. siue enim ipse mundus deus est, quid potest esse
minus quietum quam nullo puncto temporis intermisso uersari circa
axem caeli admirabili celeritate? nisi quietum autem nihil beatum
est. siue in ipso mundo deus inest aliquis qui regat, qui gubernet,
qui cursus astrorum, mutationes temporum, rerum uicissitudines or-
dinesque conseruet, terras et maria contemplans hominum commoda
uitasque tueatur, ne ille est inplicatus molestis negotiis et operosis.
nos autem beatam uitam in animi securitate et in omnium uaca- (53)
tione munerum ponimus.

docuit enim nos idem qui cetera, natura effectum esse mundum,
nihil opus fuisse fabrica, tamque eam rem esse facilem, quam uos
effici negatis sine diuina posse sollertia, ut innumerabilis natura
mundos effectura sit, efficiat, effecerit. quod quia quem ad modum
natura efficere sine aliqua mente possit non uidetis, ut tragici poe-
tae, cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad
deum. cuius operam profecto non desideraretis, si inmensam et in- (54)
terminatam in omnis partis magnitudinem regionum uideretis, in
quam se iniciens animus et intendens ita late longeque peregrina-
tur, ut nullam tamen oram ultimi uideat, in qua possit insistere.
in hac igitur inmensitate latitudinum longitudinum altitudinum in-
finita uis innumerabilium uolitat atomorum, quae interiecto inani
cohaerescunt tamen inter se et aliae alias adprehendentes conti-
nuantur: ex quo efficiuntur eae rerum formae et figurae, quas uos
effici posse sine follibus et incudibus non putatis.

itaque inposuistis in ceruicibus nostris sempiternum dominum,
quem dies et noctes timeremus. quis enim non timeat omnia pro-
uidentem et cogitantem et animaduertentem et omnia ad se perti-
nere putantem curiosum et plenum negoti deum? hinc uobis extitit (55)
primum illa fatalis necessitas, quam εἱμαρμένην dicitis, ut quicquid
accidat, id ex aeterna ueritate causarumque continuatione fluxisse
dicatis. quanti autem haec philosophia aestimanda est, cui tamquam
aniculis et iis quidem indoctis fato fieri uideantur omnia? sequitur
μαντική uestra, quae latine diuinatio dicitur, qua tanta inbueremur
superstitione, si uos audire uellemus, ut haruspices augures harioli,
uates coniectores nobis essent colendi.

20 *ultimam* Dauisius

(56) his terroribus ab Epicuro soluti et in libertatem uindicati nec metuimus eos, quos intellegimus nec sibi fingere ullam molestiam nec alteri quaerere, et pie sancteque colimus naturam excellentem atque praestantem'.

id. 34, 95 'et maris deos et feminas esse dicitis'.

QVINTILIANVS institut. VII 3, 5 'qui neget deum esse spiritum omnibus partibus inmixtum, non hoc dicat, falsam esse diuinae illius naturae appellationem, sicut Epicurus, qui humanam ei formam locumque inter mundos dedit'.

AVGVSTINVS ad Dioscorum epist. CXVIII 27 t. II p. 340[b] ed. Ven. 1719 'quanto enim melius ne audissem quidem nomen Democriti quam cum dolore cogitarem nescio quem suis temporibus magnum putatum, qui deos esse arbitraretur imagines, quae de solidis corporibus fluerent solidaeque ipsae non essent, easque hac atque hac motu proprio circum eundo atque illabendo in animas hominum facere ut uis diuina cogitetur, cum profecto illud corpus unde imago fluit quanto solidius est, tanto praestantius quoque esse iudicetur? ideoque fluctuauit, sicut isti dicunt, nutauitque sententia, ut aliquando naturam quandam, de qua fluerent imagines, deum esse diceret, qui tamen cogitari non posset nisi per eas imagines, quas fundit ac emittit, id est quae de illa natura, quam nescio quam corpoream et sempiternam ac etiam per hoc diuinam putat, quasi uaporis similitudine continua uelut emanatione ferrentur et uenirent atque intrarent in animos nostros, ut deum uel deos cogitare possemus. nullam enim aliam caussam cuiuslibet cogitationis nostrae opinantur isti, nisi cum ab his corporibus quae cogitamus ueniunt atque intrant imagines in animos nostros ......

(28) quamquam Democritus etiam hoc distare in naturalibus quaestionibus ab Epicuro dicitur, quod iste sentit inesse concursioni atomorum uim quandam animalem et spiritalem; qua ui eum credo et imagines ipsas diuinitate praeditas dicere, non omnes omnium rerum, sed deorum; et principia mentis esse in uniuersis, quibus diuinitatem tribuit, et animantes imagines, quae uel prodesse nobis soleant uel nocere: Epicurus uero neque aliquid in principiis re-

1 cf. 42, 117 'nam superstitione, quod gloriari soletis, facile est liberari, cum sustuleris omnem uim deorum' | 2 *metuemus* libri: corr. B[2] | 17 *flueret* editur | 18 isti] Cicero de nat. deor. I 43, 120 conl. 12, 29 | 32 *in* om. ed. Ven.

rum ponit praeter atomos id est corpuscula quaedam tam minuta, ut etiam diuidi nequeant neque sentiri aut uisu aut tactu possint: quorum corpusculorum concursu fortuito et mundos innumerabiles et animantia et ipsas animas fieri dicit et deos, quos humana forma non in aliquo mundo sed extra mundos atque inter mundos constituit; et non uult omnino aliquid praeter corpora cogitare, quae tamen ut cogitet, imagines dicit ab ipsis rebus, quas atomis formari putat, defluere atque in animum introire subtiliores quam sunt illae imagines quae ad oculos ueniunt. nam et uidendi caussam hanc esse dicit, ingentes quasdam imagines ita ut uniuersum mundum conplectantur extrinsecus'.

353 Sextvs emp. adu. dogmat. III (mathem. IX) 25 Ἐπίκουρος δὲ ἐκ τῶν κατὰ τοὺς ὕπνους φαντασιῶν οἴεται τοὺς ἀνθρώπους ἔννοιαν ἐσπακέναι θεοῦ· μεγάλων γὰρ εἰδώλων, φησί, καὶ ἀνθρωπομόρφων κατὰ τοὺς ὕπνους προσπιπτόντων ὑπέλαβον καὶ ταῖς ἀληθείαις ὑπάρχειν τινὰς τοιούτους θεοὺς ἀνθρωπομόρφους.

DE NATVRA ET FORMA DEORVM

354 Tertvllianvs apologet. 47 '(deum) alii incorporalem adseuerant, alii corporalem, ut tam Platonici quam Stoici: alii ex atomis, alii ex numeris, qua Epicurus et Pythagoras'.
[Lactantivs de ira dei 10, 28 'concedamus tamen his, ut ex atomis fiant quae terrena sunt: num etiam caelestia? deos aiunt incorruptos aeternos beatos esse solisque dant immunitatem, ne concursu atomorum concreti esse uideantur. si enim dii quoque ex

2 *ut iam* ed. Ven. | 11 sequitur refutatio || 13 cf. Lucret. V 1161—1193. sed hoc modo dum Ep. explicat πόθεν ἔννοιαν ἔσχον θεῶν ἄνθρωποι, non omittit ueras distinguere et falsas opiniones admixtas, cf. Lucr. V 1194—1240 I 62 sqq. VI 50 sqq. cett. | κατὰ τοὺς ὕπνους] cf. Lucr. V 1169 *diuom mortalia saecla egregias animo facies uigilante uidebant, et magis in somnis mirando corporis auctu* VI 76 sq. || 19 cf. Zeller hist. phil. Gr. III 1³ p. 433 | 21 superioribus Leucippi sententias Lactantius explicuit refutauitque adsumptis simul Lucretianis, ut Epicurum inpugnari certum sit, cf. ib. 33 'Epicurum, in quem uanitas omnis de Leucippi fonte profluxit'. error Lactantii manifestus est sed uetus, ut conicere licet conl. Philodemo π. εὐσ. VH² II 81 p. 111 Gomp. (supra ad p. 125, 11) et Cic. de nat. deor. I 25, 71 (supra ad p. 234, 1). cf. fr. 283ᵃ in spicilegio

illis constitissent, dissipabiles fierent seminibus aliquando resolutis atque in naturam suam reuertentibus. ergo si est aliquid, quod atomi non effecerint, cur non cetera eodem modo intellegamus? sed quaero, antequam mundum primordia ista generarent, cur sibi dii habitaculum non aedificauerint? uidelicet, nisi atomi coissent caelumque fecissent, adhuc dii per medium inane penderent'.]

355 Scholion Epicuri sent. I § 139 ἐν ἄλλοις δέ φησι τοὺς θεοὺς λόγῳ θεωρητούς, οὓς μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑφεστῶτας, οὓς δὲ κατὰ ὁμοείδειαν ἐκ τῆς συνεχοῦς ἐπιρρύσεως τῶν ὁμοίων εἰδώλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποτετελεσμένους, ἀνθρωποειδεῖς.

Aetivs I 7, 34 p. 306 D. (Plut. I 7, 15 Stob. ecl. phys. 2, 29) Ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς μὲν τοὺς θεούς, λόγῳ δὲ πάντας θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως.

356* οὐ γὰρ μᾶλλον εὐδαίμονας καὶ ἀδιαλύτους νοήσομεν μὴ φωνοῦντας [μη]δ' [ἀλ]λήλοις διαλεγομένους, ἀλλὰ τοῖς ἐνεοῖς ἀνθρώποις ὁμοίους.

Philodemvs de uictu deorum VH[1] VI c. 13 καὶ φ[ω]νῆι δὲ χρῆσθαι καὶ ὁμε[ι]λ[ίαι] τῇ πρὸς ἀλλήλους ῥ[η]τέον. οὐ γὰρ . . . νοήσομεν φησί μὴ . . . ὁμοίους. τῶι γὰρ ὄντι φωνῇ χρωμένων ἡμῶν κτλ. cf. c. 14 καὶ τῆς πρὸς τοὺς ὁμοίου[ς] τοῖς σπουδαίο[ις] κοινολογίας ἄφατον ἡδονὴν καταχεούσης. καὶ νὴ Δία γε τὴν Ἑλληνίδα νομιστέον ἔχειν αὐτοὺς διάλεκτον ἢ μὴ πόρρω — καὶ μόνο[ν] οἴδαμεν γεγονότας θ[ε]οὺς Ἑ(λλη)νίδι γλώττῃ χρωμένους.

357 Sextvs emp. adu. dogm. III (math. IX) 178 τὸ μὲν οὖν λέγειν ἄφωνον τὸν θεὸν τελέως ἄτοπον καὶ ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις μαχόμενον. εἰ δὲ φωνᾶέν ἐστι, φωνῇ χρῆται καὶ ἔχει φωνητικὰ ὄργανα, καθά περ πνεύμονα καὶ τραχεῖαν ἀρτηρίαν γλῶσσάν τε καὶ στόμα. τοῦτο δὲ ἄτοπον καὶ ἐγγὺς τῆς Ἐπικούρου μυθολογίας.

7—10 uide adn. ad p. 71, 8 sqq. || 12 ἀνθρωποειδεῖς cf. scr. inc. Epic. π. αἰσθήσεων VH[1] VI c. 10 sqq. | 13 consentit Io. Stobaeus etiam in additamento maleuoli hoc ὁ δ' αὐτὸς ἄλλας τέτταρας φύσεις κατὰ γένος ἀφθάρτους τάςδε, τὰ ἄτομα τὸ κενόν τὸ ἄπειρον τὰς ὁμοιότητας· αὗται δὲ λέγονται ὁμοιομέρειαι καὶ στοιχεῖα || 14 hoc fr. dubito an Hermarchi sit, cuius in eadem scheda u. 20 fit mentio | αδιαλυπουc charta || 24 sqq. cf. Zeller hist. philos. Gr. III 1^3 p. 435

358 Cicero de nat. deor. I 10, 23 'qui uero mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt, nullo modo uiderunt, animi natura intellegentis in quam figuram cadere posset . . . . admirabor eorum tarditatem, qui animantem inmortalem et eundem beatum rotundum esse uelint, quod ea forma neget ullam esse pulchriorem Plato. at mihi uel cylindri uel quadrati uel coni uel pyramidis uidetur esse formosior. quae uero uita tribuitur isti rotundo deo? nempe ut ea celeritate contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem possit. in qua non uideo ubinam mens constans et uita beata possit insistere. quodque in nostro corpore, si minima ex parte carnificetur, molestum sit, cur hoc idem non habeatur molestum in deo? terra enim profecto quoniam mundi pars est, pars est etiam dei. atqui terrae maxumas regiones inhabitabilis atque incultas uidemus, quod pars earum adpulsu solis exarserit, pars obriguerit niue pruinaque longinquo solis abscessu: quae, si mundus est deus, quoniam mundi partes sunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt'.

idem ibid. II 17, 46 'hic quam uolet Epicurus iocetur, homo non aptissimus ad iocandum minimeque resipiens patriam, et dicat se non posse intellegere, qualis sit uolubilis et rotundus deus: tamen ex hoc, quod etiam ipse probat, numquam me mouebit. placet enim illi esse deos, quia necesse sit praestantem esse aliquam naturam, qua nihil sit melius'.

cf. scriptor incertus Epicureus π. αἰσθήσεων VH[1] VI c. 21 * αὐτὴν οἵαν οἱ λοιποὶ φιλόσοφοι συνάπτουσιν. πάντως γὰρ ἂν εἶδαν τὸ μὴ σφαιρῶν ἔχειν μορφὰς μηδὲ κρίσεις καὶ διαθέσει[ς] ὀργ[ί]λας καὶ μεικραιτίους, ἀλλὰ καὶ μορφὰς διανεστηκυίας εἰς ὕψος κα[ὶ] διαθέσεις παντὸς τοῦ ταπεινοῦ περιφρονούσας, ὅλας δὲ στρεφομέ[νας περὶ τὴν ἑαυτῶν μακαριότητα καὶ ἀφθαρσίαν].

359 Hippolytvs philosoph. 22, 3 p. 572, 5 Diels. τὸν δὲ θεὸν ὁμολογῶν (Ἐπίκουρος) εἶναι ἀίδιον καὶ ἄφθαρτον φησὶ μηδενὸς προνοεῖν, καὶ ὅλως πρόνοιαν μὴ εἶναι μηδὲ εἱμαρμένην, ἀλλὰ πάντα αὐτοματισμῷ γίνεσθαι. καθῆσθαι γὰρ τὸν θεὸν ἐν τοῖς μετακο-

1 qui] Stoici scil. | cf. Lucr. V 126—145 || 2 cf. scr. inc. Epic. περὶ αἰσθήσεων VH[1] VI c. 16. 12 sq. | 5 Plato Tim. p. 33[b] | 6 uid. id. p. 53[c] sqq. cf. fr. 367 p. 245, 13 | 10 *parte significetur* libri | 12—17 cf. Lactantius diu. inst. VII 3, 7 sqq. | 29 cf. infra p. 241, 28

σμίοις οὕτω καλουμένοις ὑπ' αὐτοῦ· ἔξω γάρ τι τοῦ κόσμου οἰκητήριον τοῦ θεοῦ ἔθετο εἶναι λεγόμενον τὰ μετακόσμια. ἥδεσθαι δὲ καὶ ἡσυχάζειν ἐν τῇ ἀκροτάτῃ εὐφροσύνῃ, καὶ οὔτε αὐτὸν πράγματα ἔχειν οὔτε ἄλλῳ παρέχειν.

DE VITA DEORVM BEATA

360 Lactantivs de ira dei 17, 1 'Deus, inquit Epicurus, nihil curat. nullam igitur habet potestatem. curare enim necesse est eum, qui habet potestatem, uel si habet et non utitur, quae tantae neglegentiae caussa est, ut ei non dicam nostrum genus, sed etiam mundus ipse sit uilis? ideo, inquit, incorruptus est ac beatus, quia semper quietus. cui ergo administratio tantarum rerum cessit, si haec a deo neglegantur, quae uidemus ratione summa gubernari? aut quietus esse quo modo potest qui uiuit et sentit? nam quies aut somni res est aut mortis'.

idem diuin. instit. III 12, 15 'Epicurus deum beatum et incorruptum uocat, quia sempiternus est. beatitudo enim perfecta esse debet, ut nihil sit quod eam uexare aut imminuere aut immutare possit. nec aliter quicquam existimari beatum potest, nisi fuerit incorruptum. incorruptum autem nihil est nisi quod est immortale'.

361 Atticvs Eusebii praep. eu. XV 5, 9 p. 800ᵃ κατ' Ἐπίκουρον τὸ τῆς προνοίας οἴχεται, καί τοι τῶν θεῶν κατ' αὐτὸν πᾶσαν κηδεμονίαν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν οἰκείων ἀγαθῶν εἰσφερομένων.
cf. scriptor Epicureus [Plutarchi] de plac. philos. I 7, 7 p. 300 D. κοινῶς οὖν ἁμαρτάνουσιν ἀμφότεροι (Ἀναξαγόρας καὶ Πλάτων), ὅτι τὸν θεὸν ἐποίησαν ἐπιστρεφόμενον τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τούτου χάριν τὸν κόσμον κατασκευάζοντα. τὸ γὰρ μακάριον καὶ ἄφθαρτον ζῷον, πεπληρωμένον τε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ κακοῦ παντὸς ἄδεκτον, ὅλον ὂν περὶ τὴν συνοχὴν τῆς ἰδίας εὐδαιμονίας τε καὶ ἀφθαρσίας ἀνεπιστρεφές ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων· κακοδαίμων δ' ἂν εἴη ἐργάτου δίκην καὶ τέκτονος ἀχθοφορῶν καὶ μεριμνῶν εἰς τὴν τοῦ κόσμου κατασκευήν.

362 Atticvs Eusebii praep. eu. XV 5, 11 p. 800ᵇ ἐκεῖνο δ' ἐμοὶ κριτῇ καὶ αἰσχυντηλότερον ὁ Ἐπίκουρος δοκεῖ πεποιηκέναι· ὥσπερ

2 ἥδεσθαί τε libri || 5 ad hunc locum cf. Philod. [Π]ερὶ [τ]ῆς τῶ[ν θεῶν εὐδαί]μον[ος] διαγω[γῆς] VH¹ t. VI | 17 *uexare aut* cod. Bonon.: *uexare ac* uolgo || 28 eiusdem sententiae uestigium certum dedi supra p. 240, 28 cf. p. 235, 17 sq. || 33 αἰσχυντ. quam Aristot.

γὰρ ἀπογνοὺς δύνασθαι τοὺς θεοὺς ἀποσχέσθαι τῆς ἀνθρώπων κηδεμονίας εἰς ταὐτὸν ἐλθόντας αὐτοῖς, καθά περ εἰς ἀλλοδαπὴν ἀπῴκισε καὶ ἔξω που τοῦ κόσμου καθίδρυσε, τὸ ἀπάνθρωπον αὐτῶν τῇ ἀποστάσει καὶ τῇ πρὸς ἅπαντ' ἀκοινωνίᾳ παραιτούμενος.

363 PLVTARCHVS u. Pyrri 20 τὸ δὲ θεῖον ἀπωτάτω χάριτος καὶ ὀργῆς καὶ τοῦ μέλειν ἡμῶν εἰς ἀπράγμονα βίον καὶ μεστὸν εὐπαθειῶν ἀποικίζοντες.

LACTANTIVS de ira dei 2, 7 'aiunt enim quidam, nec gratificari (deum) cuiquam nec irasci, sed securum et quietum immortalitatis suae bonis perfrui'.

cf. Lucretius II 1093 'sancta deum tranquilla pectora pace, quae placidum degunt aeuom uitamque serenam'. V 82 'bene qui didicere deos securum agere aeuom'.

Horatius sat. I 5, 101 'deos didici securum agere aeuom, nec si quid miri faciat natura deos id tristis ex alto caeli demittere tecto'.

Dionysius episc. Eusebii praep. eu. XIV 27, 1 p. 781[a] ἐργάζεσθαι δέ γε καὶ διοικεῖν καὶ εὐεργετεῖν τε καὶ προκήδεσθαι καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς μὲν ἀργοῖς . . . καὶ κακούργοις ἴσως ἐπαχθῆ, οἷς ἐγκατέλεξεν ἑαυτὸν Ἐπίκουρος, τοιαῦτα φρονήσας περὶ τῶν θεῶν.

TERTVLLIANVS apologet. 47 'Epicurei (deum adseuerant) otiosum et inexercitum et ut ita dixerim, neminem humanis rebus'. id. ad nat. II 2.

SALVIANVS de gubern. dei I 5 p. 3, 17 'Epicureorum . . . qui sicut uoluptatem cum uirtute, sic deum cum incuria ac torpore iunxerunt'.

364 SENECA de benef. IV 4, 1 "itaque non dat deus beneficia sed securus et neglegens nostri, auersus a mundo aliud agit aut, quae maxima Epicuro felicitas uidetur, nihil agit, nec magis illum beneficia quam iniuriae tangunt". Hoc qui dicit, non exaudit precantium uoces'. idem ibid. IV 19 'tu denique Epicure deum inermem facis, omnia illi tela, omnem detraxisti potentiam et, ne cuiquam metuendus esset, proiecisti illum extra mundum. hunc igitur intersaeptum ingenti quidem et inexplicabili muro diuisumque a contactu et a conspectu mortalium non habes quare uerearis. nulla illi nec tri-

3 de deorum sedibus cf. Lucret. V 146—155, supra p. 241, 1 et 234 Cicero de nat. deor. I 8, 18 'ex Epicuri intermundiis' Atticus l. s. p. 799[d] τοῦ κόσμου τὸ θεῖον ἐξοικίσασθαι καὶ μηδεμίαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸ κοινωνίαν ἀπολιπεῖν Alexander Aphr. de fato 37 p. 120 Or. θεοὺς κατ' Ἐπίκουρον ἐκτὸς ὄντας (τοῦ κόσμου) || 8 cf. Ep. ep. I 76 sq. II 97 p. 42, 11—14 III 123 sent. I

buendi nec nocendi materia est; in medio interuallo huius et alterius caeli desertus sine animali, sine homine, sine re ruinas mundorum supra se circaque se cadentium euitat non exaudiens uota nec nostri curiosus. atqui hunc uis uideri colere non aliter quam parentem, grato ut opinor animo; aut, si non uis gratus uideri, quia nullum habes illius beneficium, sed te atomi et istae micae tuae forte ac temere conglobauerunt, cur colis? Propter maiestatem, inquis, eius eximiam, singularem naturam'.

ib. VII 31, 3 'alius illis (dis) obicit neglegentiam nostri, alius iniquitatem. alius illos extra mundum suum proicit et ignauos hebetesque sine luce, sine ullo opere destituit'.

cf. Dionysius episcopus περὶ φύσεως ap. Eusebium praep. eu. XIV 27, 8 p. 782[c] τοὺς δὲ θεοὺς περὶ ὧν οἱ μὲν ποιηταὶ παρ' αὐτοῖς ᾄδουσι 'δωτῆρες ἑάων', οὗτοι δὲ οἱ φιλόσοφοι μετὰ τωθείας εὐφημοῦσι· 'θεοὶ πάντων ἀγαθῶν ἀδώρητοί τε καὶ ἀμέτοχοι', τίνι καὶ τρόπῳ τεκμηριοῦνται [θεοὺς] εἶναι, μήτε παρόντας καὶ πράττοντάς τι ὁρῶντες .... μήτε τινὰ δημιουργίαν αὐτοῖς ἢ κατασκευὴν προσνέμοντες, ἵν' ἐκ τοῦ θεῖναι τοῦτ' ἔστι ποιῆσαι θεοποιήσωσιν αὐτούς, ... μήτε διοίκησιν ἢ κρίσιν ἢ χάριν αὐτῶν τινα πρὸς ἀνθρώπους ἐκτιθέμενοι, ἵνα φόβον ἢ τιμὴν ὀφλήσαντες προσκυνήσωμεν αὐτοῖς; ἢ τοῦ κόσμου προκύψας Ἐπίκουρος καὶ τὸν οὐράνιον ὑπερβὰς περίβολον ἢ διά τινων κρυφίων ἃς μόνος οἶδεν ἐξελθὼν πυλῶν τοὺς ἐν τῷ κενῷ κατεῖδε θεοὺς καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἐμακάρισε τρυφὴν κἀκεῖθεν ἐπιθυμητὴς γενόμενος τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς ἐν τῷ κενῷ ζηλωτὴς διαίτης οὕτω πάντας ἐπὶ τὴν τοῦ μακαρισμοῦ τούτου μετουσίαν ἐξομοιωθησομένους ἐκείνοις τοῖς θεοῖς παρακαλεῖ κτλ.

sic Cicero orat. in L. Pisonem 25, 59 haec uerba Pisoni Epicureo tribuit 'quid est, Caesar, quod te supplicationes totiens iam decretae tot dierum tanto opere delectent? in quibus homines errore ducuntur, quas di neglegunt, qui, ut noster diuinus ille dixit Epicurus, neque propitii cuiquam esse solent neque irati'.

365 Lactantivs de ira dei 4, 1 'quod sequitur, de schola Epicuri est: sicut iram in deo non esse, ita ne gratiam quidem. nam cum

14 ᾄδουσι Hom. Od. θ 325 Hesiod. theog. 111 al. | δοτῆρας libri | 16 τίνι καὶ] καὶ τίνι libri | 23 τοὺς Vigerus: οὓς libri || 34—p. 244, 4 Epicurum Epicurea regula Lactantius refutat l. s. 5, 17 'cum

putaret Epicurus alienum esse a deo male facere atque nocere, quod ex adfectu iracundiae plerumque nascitur, ademit ei etiam beneficentiam, quoniam uidebat consequens esse ut si habeat iram deus, habeat et gratiam. itaque ne illi uitium concederet, etiam uirtutis fecit expertem. ex hoc, inquit, beatus et incorruptus est, quia nihil curat neque habet ipse negotium neque alteri exhibet'.

366 Lactantivs de ira dei 4, 11 'iam si non ira in (deo) nec gratia est, utique nec metus nec laetitia nec maeror nec misericordia. una est enim ratio cunctis adfectibus, una commotio, quae in deum cadere non potest. quod si nullus adfectus in deo est, quia quicquid adficitur inbecillum est, ergo nec cura ullius rei nec prouidentia est in eo. Huc usque peruenit sapientis hominis disputatio, cetera quae secuntur obticuit. scilicet, quia nec cura sit in eo nec prouidentia, ergo nec cogitationem aliquam nec sensum in eo esse ullum: quo efficitur, ut non sit omnino. ita cum gradatim descendisset, in extremo gradu restitit, quia iam praecipitium uidebat. sed quid prodest reticuisse ac periculum dissimulasse? necessitas illum uel inuitum cadere coegit'.

idem ibid. 15, 5 'cum igitur sint in rebus humanis bona et mala..., necesse est in utramque partem moueri deum, et ad gratiam cum iusta fieri uidet, et ad iram cum cernit iniusta. sed occurrit nobis Epicurus ac dicit: si est in deo laetitiae adfectus ad gratiam et odii ad iram, necesse est habeat et timorem et libidinem et cupiditatem ceterosque adfectus, qui sunt inbecillitatis humanae. non est necesse ut timeat qui irascitur aut maereat qui gaudet .... timoris adfectus habet in homine materiam, in deo non habet' etqs.

idem ibid. 16, 6 'inania ergo et falsa reperiuntur argumenta .... eorum, qui nullum animi motum esse in deo putant et quia sunt aliqui adfectus qui non cadunt in deum, ut libido timor auaritia maeror inuidia, omni prorsus adfectu eum uacare dixerunt. his enim uacat, quia uitiorum adfectus sunt: eos autem, qui sunt uirtutis, id est ira in malos, caritas in bonos, miseratio in adflictos, quoniam diuina potestate sunt digna, proprios et iustos et ueros habet'.

autem magis sit ambiguum de ira, paene manifestum de gratia, absurdum est ex incerto certum uelle subuertere, cum sit promptius de certis incerta firmare' | 6 Ep. sent. I

DE RERVM CVRA ET REGIMINE

367* Cicero de nat. deor. I 8, 18 'Tum Velleius . . . Audite, in-
quit, non futtilis commenticiasque sententias: non opificem aedifi-
catoremque mundi, Platonis de Timaeo deum: nec anum fatidicam,
Stoicorum πρόνοιαν, quam latine licet prouidentiam dicere: neque
uero mundum ipsum animo et sensibus praeditum, rotundum arden-
tem uolubilem deum: portenta et miracula non disserentium philo-
(19) sophorum sed somniantium. quibus enim oculis intueri potuit uester
Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a deo atque aedifi-
cari mundum facit? quae molitio, quae ferramenta, qui uectes, quae
machinae, qui ministri tanti muneris fuerunt? quem ad modum autem
oboedire et parere uoluntati architecti aer ignis aqua terra potue-
runt? unde uero ortae illae quinque formae, e quibus reliqua for-
mantur, apte cadentes ad animum afficiendum pariendosque sensus?
longum est ad omnia, quae talia sunt ut optata magis quam inuenta
(20) uideantur: sed illa palmaria, quod qui non modo natum mundum
introduxerit sed etiam manu paene factum, is cum dixerit fore sem-
piternum. hunc censes primis ut dicitur labris gustasse physiologiam,
qui quicquam quod ortum sit putet aeternum esse posse? quae est
enim coagmentatio non dissolubilis? aut quid est, cuius principium
aliquod sit, nihil sit extremum? Pronoea uero uestra, Lucili, *eadem
si est*, eadem requiro quae paulo ante, ministros machinas, omnem
totius operis dissignationem atque apparatum: sin alia est, cur mor-
talem fecerit mundum, non, quem ad modum Platonicus deus, sem-
(21) piternum. ab utroque autem sciscitor, cur mundi aedificatores re- c. 9
pente exstiterint, innumerabilia saecla dormierint. non enim, si
mundus nullus erat, saecla non erant. saecla nunc dico non ea
quae dierum noctiumque numero annuis cursibus conficiuntur, nam
fateor ea sine mundi conuersione effici non potuisse: sed fuit quae-
dam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla circumscriptio tem-

3 sqq. cf. Lucretius II 167—181. 1090—1104 | 8 *oculis animi intueri* libri: corr. Marsus | 13 sq. cf. Epic. π. φύσ. l. XIV VH² VI 14—19 apud Gomperzium *zeitschr.* 1867 p. 211 sq., supra fr. 358 p. 240, 6 | 16 *palmaris* libri: corr. Dauisius | 18 *physiologiam id est naturae rationem qui* libri: Manutius glossema expulit | 21 *uero si uestra est lucili eadem* libri | 25 — p. 246, 4 cf. scriptor Epicureus [Plutarchi] de plac. philos. I 7, 8 sq. 300 D.

porum metiebatur; spatio tamen qualis ea fuerit, intellegi *qui* potest? quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus esset. isto igitur tam inmenso spatio quaero, (22) Balbe, cur Pronoea uestra cessauerit. laboremne fugiebat? at iste nec attingit deum nec erat ullus, cum omnes naturae numini diuino, caelum ignes terrae maria, parerent. quid autem erat quod concupisceret deus mundum signis et luminibus tamquam aedilis ornare? si ut deus ipse melius habitaret, antea uidelicet tempore infinito in tenebris tamquam in gurgustio habitauerat. post autem uarietatene eum delectari putamus, qua caelum et terras exornatas uidemus? quae ista potest esse oblectatio deo? quae si esset, non ea tam diu carere potuisset. an haec, ut fere dicitis, hominum causa a (23) deo constituta sunt? sapientiumne? propter paucos igitur tanta est rerum facta molitio. an stultorum? at primum causa non fuit, cur de inprobis bene mereretur; deinde quid est adsecutus? cum omnes stulti sint sine dubio miserrimi, maxime quod stulti sunt: miserius enim stultitia quid possumus dicere? deinde quod ita multa sunt incommoda in uita, ut ea sapientes commodorum conpensatione leniant, stulti nec uitare uenientia possint nec ferre praesentia'.

368 Lvcianvs bis accus. 2 ἀληθὴς εὐθὺς ὁ Ἐπίκουρος ἀπρονοήτους ἡμᾶς (τοὺς θεοὺς) ἀποφαίνων τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων. ib. 20. idem Icaromenippi 32 οἱ δὲ δὴ Ἐπικούρειοι . . μάλα δὴ καὶ ὑβρισταί εἰσι καὶ οὐ μετρίως ἡμῶν (τῶν θεῶν) καθάπτονται, μήτε ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀνθρωπίνων λέγοντες τοὺς θεοὺς μήτε ὅλως τὰ γιγνόμενα ἐπισκοπεῖν.
Alexander Aphrod. de fato c. 31 p. 100 Or. τὴν λεγομένην ὑπὸ τῶν περὶ Ἐπίκουρον ἀπρονοησίαν.
Arrianvs Epict. diss. I 12, 1 Περὶ θεῶν οἵ μέν τινές εἰσι λέγοντες μηδ' εἶναι τὸ θεῖον· οἵ δ' εἶναι μέν, ἀργὸν δὲ καὶ ἀμελές, καὶ μὴ προνοεῖν μηδενός.
idem ibid. II 20, 23 λάβε τὰ ἐναντία, ὅτι θεοὶ οὔτ' εἰσίν, εἴ τε καὶ εἰσίν, οὐκ ἐπιμελοῦνται ἀνθρώπων οὐδὲ κοινόν τι ἡμῖν ἐστι πρὸς αὐτοὺς τό τ' εὐσεβὲς τοῦτο καὶ ὅσιον παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις λαλούμενον κατάψευσμά ἐστιν 'ἀλαζόνων ἀνθρώπων καὶ σο-

2 *quod* relatiuum est, non causalis coniunctio | 12 sqq. haec supplentur fr. 371 || 20 cf. Dionysius episc. Euseb. praep. eu. XIV 25, 16 p. 777[a] οὗτοι οἱ ἀπρονόητοι i. e. Epicurei | 34 cf. p. 218, 8

φιστῶν' ἢ νὴ Δία νομοθετῶν εἰς φόβον καὶ ἐπίσχεσιν τῶν ἀδικούντων.

Atticvs Eusebii praep. eu. xv 5, 9 p. 800^{a} (supra p. 241, 20). ibid. 13 p. 800^{c} αὐτῶν (τῶν θεῶν Ἐπίκουρος) ἀφεῖλε τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐνέργειαν, ἐξ ἧς μόνης τὸ εἶναι τοὺς θεοὺς ἔμελλε τὴν δικαίαν πίστιν ἕξειν.

idem ibid. xv 5, 3 p. 799^{a} ὁ δὲ τὴν δαιμονίαν ταύτην φύσιν ἐκποδὼν ποιούμενος καὶ τήν τε εἰς αὖθις ἐλπίδα τῆς ψυχῆς ἀποτέμνων τήν τε ἐν τῷ παρόντι πρὸς τῶν κρειττόνων εὐλάβειαν ἀφαιρούμενος τίνα πρὸς Πλάτωνα ἔχει κοινωνίαν; ἢ πῶς ἂν ἐφ' ἃ βούλεται Πλάτων, παρακαλέσαι καὶ πιστώσαιτο τὰ εἰρημένα; πᾶν γὰρ τοὐναντίον συνεργὸς ἂν οὗτός γε καὶ συναγωνιστὴς τῶν ἐθελόντων ἀδικεῖν φανείη. πᾶς γάρ τις ἄνθρωπος ὢν καὶ ταῖς ἀνθρωπίναις ὀρέξεσι κατεσχημένος ἂν καταφρονήσῃ τῶν θεῶν καὶ μηδὲν νομίσῃ πρὸς αὐτόν, ἅτε πόρρω μὲν αὐτῶν ἀπῳκισμένος ἐν τῷ ζῆν, ἀποθανὼν δὲ οὐδὲ ἔτι ὤν, ἕτοιμος ἂν ἔλθοι πρὸς τὸ χαρίζεσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις.

ibid. 5, 6 p. 799^{c} τὴν ἐκ θεῶν ἄδειαν παρασχόμενος.

Clemens Alex. protrept. 5 p. 20, 8 Sylb. Ἐπικούρου μὲν γὰρ μόνου καὶ ἑκὼν ἐκλήσομαι, ὃς οὐδὲν μέλειν οἴεται τῷ θεῷ, διὰ πάντων ἀσεβῶν.

Plotinvs diss. 30 (enn. ii 9), 15 Ἐπίκουρος τὴν πρόνοιαν ἀναιρῶν —.

Lactantivs diuin. instit. i 2, 1 'non putaui adeo necessarium ab illa quaestione principium sumere, quae uidetur prima esse natura, sitne prouidentia quae rebus omnibus consulat, an fortuitu uel facta sint omnia uel gerantur: cuius sententiae auctor est Democritus, confirmator Epicurus'. ii 8, 48 'nam diuina prouidentia effectum esse mundum .... a primis illis septem sapientibus ad Socraten usque et Platonem pro confesso et indubitato habitum est, donec unus multis post saeculis exstitit delirus Epicurus, qui auderet negare id quod est euidentissimum, studio scilicet inueniendi noua, ut nomine suo constitueret disciplinam. et quia nihil noui potuit reperire, ut tamen dissentire a ceteris uideretur, uetera uoluit euertere. in quo illum circumlatrantes philosophi omnes coarguerunt'. idem de ira dei 9, 4 'postea uero Epicurus deum quidem esse dixit, quia necesse sit esse aliquid in mundo praestans et eximium et

8 καὶ τήν γε libri | 28 *a socrate usque ad platonem* libri

beatum, prouidentiam tamen nullam; itaque mundum ipsum nec ratione ulla nec arte nec fabrica instructum, sed naturam rerum quibusdam minutis seminibus et insecabilibus conglobatam'.

Plvtarchvs adu. Coloten 27 p. 1123[a] τίς οὖν κινεῖ τὰ πεπιστευμένα καὶ μάχεται τοῖς ἐναργέσιν; οἱ μαντικὴν ἀναιροῦντες καὶ πρόνοιαν ὑπάρχειν θεῶν μὴ φάσκοντες. 30 p. 1124[e] πότε οὖν ἔσται θηριώδης καὶ ἄγριος καὶ ἄμικτος ἡμῶν ὁ βίος; ὅταν ἀναιρεθῶσι μὲν οἱ νόμοι, μένωσι δὲ οἱ πρὸς ἡδονὴν παρακαλοῦντες λόγοι, πρόνοια δὲ θεῶν μὴ νομίζηται.

idem ibid. 8 p. 1111[b] καὶ γὰρ τὴν πρόνοιαν ἀναιρῶν (Ἐπίκουρος) εὐσέβειαν ἀπολιπεῖν λέγει. adu. Stoicos 32 p. 1075[e] (οἱ Στωικοὶ) πρὸς τὸν Ἐπίκουρον οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν πραγμάτων, Ἰοὺ ἰοὺ φεῦ φεῦ βοῶντες, ὡς συγχέοντα τὴν τῶν θεῶν πρόληψιν. ἀναιρουμένης τῆς προνοίας. contra Epic. beatit. 20 p. 1100[e] sqq.

cf. Theophilus ad Autolycum III 2 p. 118[a] III 7 p. 121[a-c] (uid. Diels ad Doxogr. p. 59) Origenes contra Celsum II 13 p. 69 Hoesch. [Ioannes Chrysost.] hom. in incarnationem domini t. VIII p. 220[d] Montef. Nemesius de nat. hom. 44 p. 347 Matth. Quintilianus instit. V 7, 35 sq. Seruius in Verg. Aen. I 11. 227 II 515. 689 IV 379 commenta Lucani I 642 II 12 cett. fuit etiam Himerii declamatio (ecl. III) Ἐπίκουρος πρόνοιαν οὐκ εἶναι λέγων ἀσεβείας φεύγει γραφήν, excerpta illa a Photio biblioth. c. 243 p. 355[b] 31 sqq. Bekk., argumentum commendatum a Luciano bis acc. 20.

369 Origenes contra Celsum I 13 p. 12 Hoesch. Ἐπικουρείους δεισιδαιμονίαν ἐγκαλοῦντας τοῖς εἰσάγουσι πρόνοιαν καὶ θεὸν ἐφιστᾶσι τοῖς ὅλοις.

cf. idem ibid. I 8 p. 8 (I 10 p. 10 III 75 p. 161 V 61 p. 279).

Plvtarchvs contra Epicuri beatitud. 21 p. 1101[c] (οἱ Ἐπικούρειοι) διαβάλλοντες τὴν πρόνοιαν ὥςπερ παισὶν Ἔμπουσαν ἢ Ποινὴν ἀλιτηριώδη καὶ τραγικὴν ἐπικρεμαμένην.

370 Lactantivs diuin. instit. III 17, 8 'uidebat Epicurus bonis aduersa semper accidere, paupertatem labores exsilia, carorum amis-

25 cf. fr. 394 μῦθον (τὴν πρόνοιαν) ἀποκαλοῦντες | 29 ἐπίπτουσαν libri: corr. Reiskius | 30 ἐπιγεγραμμένην libri: corr. Maduigius adu. I 674 || 31 sqq. cf. scriptor Epicureus [Plutarchi] plac. phil. I 7, 10 p. 301, 7 D. πῶς δὲ εἴ περ ὁ θεός ἐστι καὶ τῇ τούτου φροντίδι τὰ κατ' ἄνθρωπον οἰκονομεῖται, τὸ μὲν κίβδηλον

siones: malos contra beatos esse, augeri potentia, honoribus adfici. uidebat innocentiam minus tutam, scelera inpune committi. uidebat sine dilectu morum, sine ordine ac discrimine annorum saeuire mortem: sed alios ad senectutem peruenire, alios infantes rapi, alios iam robustos interire, alios in primo adulescentiae flore inmaturis funeribus exstingui, in bellis potius meliores et uinci et perire. maxime autem commouebat, homines in primis religiosos grauioribus malis adfici, iis autem, qui aut deos omnino neglegerent aut non pie colerent, uel minora incommoda euenire uel nulla; ipsa etiam saepe templa fulminibus conflagrare . . . . . . (16) cum haec igitur cogitaret Epicurus, earum rerum uelut iniquitate inductus — sic enim caussam rationemque ignoranti uidebatur — existimauit nullam esse prouidentiam. quod cum sibi persuasisset, suscepit etiam defendendum. sic in errores inextricabiles se ipse coniecit. si enim prouidentia nulla est, quo modo tam ordinate, tam disposite mundus effectus est? Nulla, inquit, dispositio est. multa enim facta sunt aliter quam fieri debuerunt. et inuenit homo diuinus quae reprehenderet. quae singula si uacaret refellere, facile ostenderem nec sapientem hunc fuisse nec sanum. Item si nulla prouidentia est, quo modo animalium corpora tam prouidenter ordinata sunt, ut singula quaeque membra mirabili ratione disposita sua officia conseruent? nihil, inquit, in procreandis animalibus prouidentiae ratio molita est. nam neque oculi facti sunt ad uidendum neque aures ad audiendum neque lingua ad loquendum neque pedes ad ambulandum, quoniam prius haec nata sunt quam esset loqui audire uidere ambulare. itaque non haec ad usum nata sunt sed usus ex illis natus est. Si nulla prouidentia est, cur imbres cadunt, fruges oriuntur, arbusta frondescunt? non, inquit semper, animantium caussa

εὐτυχεῖ, τὸ δὲ ἀστεῖον τἀναντία πάσχει; Himerius Photii bibl. c. 243 p. 357ᵃ 23 'εὐτυχοῦσι γάρ' φησίν 'οἱ κακοί'· καὶ τί κακίας μεῖζον δυστύχημα; 'δυστυχοῦσι γὰρ οἱ σοφοί'· εἶτα εὐτυχίαν ἄλλην ἀρετῆς ἡγῇ βελτίονα; p. 357ᵇ 11 τί οὖν ἐγκαλεῖς προνοίᾳ ὡς μὴ μεριζούσῃ κατ' ἀξίαν τὸ δίκαιον; Lucianus Iouis tragoedi c. 19—22 | 4 sed] *et* suadebat Buenemannus | 7—9 cf. Lact. diu. inst. v 10, 12 Lucr. ii 1101—4 | 14 coniecit] *conclusit* alii | 16 sq. cf. Lucr. ii 180 (v 198) 'nequaquam nobis diuinitus esse creatam naturam mundi: tanta stat praedita culpa' | 23 cf. fr. 373

ista fiunt, quoniam prouidentiae nihil prosunt: sed omnia sua sponte fieri necesse est. Vnde ergo nascuntur aut quo modo fiunt omnia quae geruntur? non est, inquit, prouidentiae opus. sunt enim semina per inane uolitantia, quibus inter se temere conglobatis uniuersa gignuntur atque concrescunt'.

371 LACTANTIVS diuin. instit. VII 5, 3 'sicut ergo mundum non propter se deus fecit, quia commodis eius non indiget, sed propter hominem, qui eo utitur, ita ipsum hominem propter se. "quae utilitas deo in homine" inquit Epicurus, "ut eum propter se faceret?" scilicet ut esset qui opera eius intellegeret, qui prouidentiam disponendi, rationem faciendi, uirtutem consummandi et sensu admirari et uoce proloqui posset: quorum omnium summa haec est, ut deum colat .... (7) "Quid ergo" inquit "deo cultus hominis confert beato et nulla re indigenti? uel si tantum honoris homini habuit, ut ipsius caussa mundum fabricaret, ut instrueret eum sapientia, ut dominum uiuentium faceret eumque diligeret tamquam filium, cur mortalem fragilemque constituit? cur omnibus malis quem diligebat obiecit? cum oporteret et beatum esse hominem tamquam coniunctum et proximum deo, et perpetuum, sicut est ipse, ad quem colendum et contemplandum figuratus est"'.
cf. idem ibid. VII 3, 13 'Stoici "hominum" inquiunt "caussa mundus effectus est". audio. sed Epicurus ignorat, ipsos homines qua re aut quis effecerit'.

372 LACTANTIVS de opificio dei 2, 10 'unde ego philosophorum qui Epicurum secuntur amentiam soleo mirari, qui naturae opera reprehendunt, ut ostendant nulla prouidentia instructum esse ac regi mundum, sed originem rerum insecabilibus ac solidis corporibus adsignant, quorum fortuitis concursionibus uniuersa nascantur et nata sint. praetereo quae ad ipsum mundum pertinentia uitio dant, in quo ridicule insaniunt. id sumo, quod ad rem de qua nunc agimus pertinet. (c. 3) Queruntur hominem nimis inbecillum et fragilem nasci

6 pergit fr. 287 || 9 cf. Lucr. V 165—176 | 18 cf. fr. 372 | 23 uide Lucr. V 156—194 | 24 subiungit Lucreti testimonium V 156 sq. et 165—7 || 25 breuiter hunc locum Lucretius perstringit V 195—234, cuius Lactantius etsi memor est, tamen alio potissimum fonte usus est, fortasse Varronis Tuberone

quam cetera animalia nascuntur, quae ut sunt edita ex utero, protinus in pedes suos erigi et gestire discursibus statimque aeri tolerando idonea esse, quod in lucem naturalibus indumentis munita processerint: hominem contra nudum et inermem tamquam ex naufragio in huius uitae miserias proici et expelli, qui neque mouere se loco, ubi effusus est, possit nec alimentum lactis appetere nec iniuriam temporis ferre. itaque naturam non matrem esse humani generis, sed nouercam, quae cum mutis tam liberaliter se gesserit, hominem uero sic effuderit, ut inops et infirmus et omni auxilio indigens nihil aliud possit quam fragilitatis suae condicionem ploratu ac fletibus ominari, scilicet

cui tantum in uita restet transire malorum.

. . . . (3, 6) at hominis, inquiunt, educatio maximis laboribus constat. . . . . (4, 1) iidem queruntur hominem morbis et inmaturae morti esse subiectum. indignantur uidelicet non deos se esse natos. minime, inquiunt, sed ex hoc ostendimus hominem nulla prouidentia esse factum, quod aliter fieri debuit. . . . (4, 3) nempe nullum hominem mori uolunt, nisi cum centensimum aetatis conpleuerit annum. . . . (4, 12) sed isti rationem sequentium non uident, quia semel errauerunt in ipsa summa. exclusa enim de rebus humanis diuina prouidentia necessario sequebatur, ut omnia sua sponte sint nata. hinc inuenerunt illas minutorum seminum plagas et concursiones fortuitas, quia rerum originem non uidebant. in quas se angustias cum coniecissent, iam cogebat eos necessitas existimare, animas cum corporibus nasci et item cum corporibus exstingui. adsumpserant enim, nihil fieri mente diuina. quod ipsum non aliter probare poterant quam si ostenderent esse aliqua, in quibus uideretur prouidentiae ratio claudicare. reprehenderunt ergo ea, in quibus uel maxime diuinitas suam prouidentiam mirabiliter expressit, ut illa

4 ex naufragio] secundum Lucr. v 222 | 9 effuderit] cf. *profudit* Lucr. v 225 | 12 Lucr. v 227 | 13 cf. Axiochi p. 366[c] sq. Lucianus de parasito 13 | 17 sq. cf. Lucr. v 221 Lact. l. s. 4, 6 'ut igitur homo indissolubilis sit ante id tempus, quod illi putant oportuisse constitui'. 4, 8 'stultissimi ergo sunt qui de morte inmatura queruntur', 9 'sed putemus fieri posse, quem ad modum uolunt, ut homo non ea condicione nascatur, qua morbo mortiue subiectus sit, nisi peracto aetatis suae spatio ad ultimam processerit senectutem' | 19 sqq. cf. diu. instit. III 17, 8 sqq. (fr. 370)

quae rettuli de morbis et inmatura morte, cum debuerint cogitare, his adsumptis quae necessario sequerentur'.

373 LACTANTIVS de opificio dei 6, 7 'uidebat igitur Epicurus in corporibus animalium diuinae rationis sollertiam. sed ut efficeret quod ante inprudenter adsumpserat, adiecit aliud deliramentum superiori congruens. dixit enim neque oculos ad uidendum esse natos neque aures ad audiendum neque pedes ad ambulandum, quoniam membra haec prius nata essent, quam esset usus uidendi et audiendi et ambulandi, sed horum omnium officia ex natis exstitisse .... quid ais, Epicure? non sunt ad uidendum oculi nati? cur igitur uident? Postea, inquit, usus eorum apparuit. Videndi ergo caussa nati sunt, si quidem nihil possunt aliud quam uidere' etc.

GALENVS de usu partium I 21 t. III p. 74 K. νυνὶ δὲ ἅ περ ἤδη τινὲς τῶν ἀσπαζομένων τοὺς Ἐπικούρου τε τοῦ φιλοσόφου καὶ Ἀσκληπιάδου τοῦ ἰατροῦ λόγους ἀμφισβητοῦντες ὑπὲρ τῶν τοιούτων λέγουσιν, ἄξιον μὴ παρελθεῖν .... δοκεῖ δὴ τούτοις τοῖς ἀνδράσιν οὔθ' ὅτι παχεῖς οἱ τένοντες ἐγένοντο, διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἐνεργείας εἶναι αὐτῶν σφοδράς, οὔθ' ὅτι λεπτοί, διὰ τοῦτο ἀσθενεῖς, ἀλλὰ ταύτας μὲν ὑπὸ τῶν κατὰ τὸν βίον χρειῶν ἀναγκάζεσθαι τοίας ἢ τοίας γίγνεσθαι, τοὺς δ' ὄγκους τῶν τενόντων τῷ ποσῷ τῆς κινήσεως ἕπεσθαι, τῶν μὲν γυμναζομένων ὡς τὸ εἰκὸς εὐεκτούντων τε καὶ παχυνομένων, τῶν δ' ἀργούντων ἀτροφούντων τε καὶ κατισχνουμένων. οὔκουν ὅτι βέλτιον ἦν τῶν μὲν σφοδρῶν ἐνεργειῶν ἰσχυροὺς καὶ παχεῖς εἶναι τοὺς τένοντας, τῶν δ' ἀσθενεστέρων ἰσχνοὺς καὶ ἀρρώστους, οὕτω διαπλασθῆναί φασι πρὸς τῆς φύσεως — οὐ γὰρ ἂν καὶ πιθήκοις γενέσθαι τοιούτους δακτύλους —, ἀλλ' ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθῆσαι τοῖς μὲν γυμναζομένοις τὴν παχύτητα, διότι τρέφονται καλῶς, τοῖς δ' ἀργοῦσι τὴν ἰσχνότητα, χεῖρον καὶ τούτοις τρεφομένοις.

374 LACTANTIVS de ira dei 13, 19 'uides ergo magis propter mala opus nobis esse sapientia: quae nisi fuissent proposita, rationale

5 cf. 4, 14 'adsumpserant enim, nihil fieri mente diuina' | superiori] 6, 1 omissum a me ut ex uno Lucr. V 837 sqq. petitum | 6 dixit] etiam Lucr. IV 822—857. cf. fr. 370 p. 249, 22 Galenus de usu partium I 2 sq. t. III p. 2 sqq., ib. 3 p. 5 οὐ γὰρ ὅτι χεῖρας ἔσχεν (ὁ ἄνθρωπος), διὰ τοῦτο σοφώτατον, ὡς Ἀναξαγόρας ἔλεγεν, ἀλλ' ὅτι σοφώτατον ἦν, διὰ τοῦτο χεῖρας ἔσχεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν ὀρθότατα γινώσκων | 8 *nata sunt* libri

animal non essemus. quod si haec ratio uera est quam Stoici posuerunt, dissoluitur etiam argumentum illud Epicuri. deus, inquit, aut uult tollere mala et non potest, aut potest et non uult, aut neque uult neque potest, aut et uult et potest. si uult et non potest, inbecillis est, quod in deum non cadit. si potest et non uult, inuidus, quod aeque alienum a deo. si neque uult neque potest, et inuidus et inbecillis est, ideo nec deus. si et uult et potest, quod solum deo conuenit, unde ergo sunt mala? aut cur illa non tollit? scio plerosque philosophorum qui prouidentiam defendunt, hoc argumento perturbari solere et inuitos paene adigi, ut deum nihil curare fateantur, quod maxime quaerit Epicurus. sed nos ratione perspecta formidulosum hoc argumentum facile dissoluimus . . . . . itaque nisi prius malum agnouerimus, nec bonum poterimus agnoscere. sed hoc non uidit Epicurus nec alius quisquam, si tollantur mala, tolli pariter sapientiam nec ulla in homine uirtutis remanere uestigia, cuius ratio in sustinenda et superanda malorum acerbitate consistit'.

375 Aetivs I 29, 5 p. 326, 3 D. (Stob. ecl. phys. 6, 17) Ἐπίκουρος ⟨πάντα⟩ κατ᾽ ἀνάγκην, κατὰ προαίρεσιν, κατὰ τύχην (γίνεσθαι).

376 Cicero Luculli c. 30, 97 'cum ab Epicuro, qui totam dialecticam et contemnit et inridet, non inpetrent ut uerum esse concedat quod ita effabimur "aut uiuet cras Hermarchus aut non uiuet", cum dialectici sic statuant, omne quod ita disiunctum sit quasi "aut etiam aut non" non modo uerum esse sed etiam necessarium, uide quam sit catus is quem isti tardum putant. si enim, inquit, alterutrum concessero necessarium esse, necesse erit cras Hermarchum aut uiuere aut non uiuere: nulla autem est in natura rerum talis necessitas. cum hoc igitur dialectici pugnent, id est Antiochus et Stoici: totam enim euertit dialecticam'.
idem de nat. deor. I 25, 70 'idem facit (Epicurus) contra dialecticos: a quibus cum traditum sit in omnibus diiunctionibus, in quibus "aut etiam aut non" poneretur, alterum utrum esse uerum, pertimuit ne si concessum esset huius modi aliquid "aut uiuet cras aut

1 cf. Lact. l. s. 13, 1 'quam uera sit sententia Stoicorum, qui aiunt nostra caussa mundum esse constructum' | posuerunt] *nullo modo uidere potuerunt* alii || 19 cf. Ep. ep. III 133 sq. p. 65, 6—17

non uiuet Epicurus", alterutrum fieret necessarium, totum hoc "aut etiam aut non" negauit esse necessarium. quo quid dici potuit obtusius?'
idem de fato 10, 21 'hic primum si mihi libeat adsentiri Epicuro et negare omnem enuntiationem aut ueram esse aut falsam, eam plagam potius accipiam quam fato omnia fieri conprobem; illa enim sententia habet aliquid disputationis, haec uero non est tolerabilis. itaque contendit omnis neruos Chrysippus, ut persuadeat omne ἀξίωμα aut uerum esse aut falsum . . . Epicurus ueretur, ne si hoc concesserit, concedendum sit fato fieri quae cumque fiant: si enim alterum utrum ex aeternitate uerum sit, esse id etiam certum, et si certum, etiam necessarium: ita et necessitatem et fatum confirmari putat'. cf. ib. 9, 19.

377* Simplicivs ad Arist. phys. B 8 [p. 198^b 29 ὅπου μὲν οὖν ἅπαντα συνέβη ὥςπερ κἂν εἰ ἕνεκά του ἐγίνετο, ταῦτα μὲν ἐσώθη ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου συστάντα ἐπιτηδείως· ὅσα δὲ μὴ οὕτως, ἀπώλετο καὶ ἀπόλλυται, καθά περ Ἐμπεδοκλῆς λέγει τὰ 'βουγενῆ ἀνδρόπρωρα'] f. 84^a Ald. p. 372, 9 Diels. ταύτης δοκοῦσι τῆς δόξης τῶν μὲν ἀρχαίων φυσικῶν ὅσοι τὴν ὑλικὴν ἀνάγκην αἰτίαν εἶναι τῶν γινομένων φασί, τῶν δὲ ὑστέρων οἱ Ἐπικούρειοι. ἡ δὲ πλάνη γέγονεν αὐτοῖς, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος, ἀπὸ τοῦ ἡγεῖσθαι πάντα τὰ ἕνεκά του γινόμενα κατὰ προαίρεσιν γίνεσθαι καὶ λογισμόν, τὰ δὲ φύσει μὴ οὕτως ὁρᾶν γινόμενα.

378 Plvtarchvs de Stoicorum repugn. 34 p. 1050^c καί τοι ὁ μὲν Ἐπίκουρος ἁμῶς γέ πως στρέφεται καὶ φιλοτεχνεῖ τῆς ἀιδίου κινήσεως μηχανώμενος ἐλευθερῶσαι καὶ ἀπολῦσαι τὸ ἑκούσιον ὑπὲρ τοῦ μὴ καταλιπεῖν ἀνέγκλητον τὴν κακίαν.

379 Cicero de fato 10, 22 'Epicurus declinatione atomi uitari necessitatem fati putat . . . . (23) hanc Epicurus rationem induxit ob eam rem, quod ueritus est ne, si semper atomus grauitate ferretur

16 sq. cf. Lucretius v 837 sqq. | 19 ἀνάγκην cf. Ep. supra p. 65, 9 π. φύσ. l. inc. ap. Gomperzium *Wiener studien* I p. 30 l. 84 τῆι τοῦ περιέχοντος καὶ ἐπεισιόντος κατὰ τὸ αὐτόματον ἀνάγκηι, 79 τὰ ἐκ τοῦ [π]εριέχον[τ]ος κ[α]τ' ἀνάγκ[η]ν διὰ τοὺς πό[ρους] εἰσρέο[ντ]α || 25 cf. fr. 379 cum adn. ad p. 255, 4 || 28 de declinatione cf. fr. 281 | 29 cf. Lucr. II 251 sqq.

naturali ac necessaria, nihil liberum nobis esset, cum ita moueretur animus, ut atomorum motu cogeretur. . . . . Acutius Carneades, qui docebat posse Epicureos suam caussam sine hac commenticia declinatione defendere. nam cum docerent esse posse quendam animi motum uoluntarium, id fuit defendi melius quam introducere declinationem . . . cum enim concessissent motum nullum esse sine caussa, non concederent omnia quae fierent fieri caussis antecedentibus: uoluntatis enim nostrae non esse caussas externas et antecedentis'.

380 Aetivs I 29, 6 p. 326 D. (Plut. I 29, 2 Stob. ecl. phys. 7, 9) Ἐπίκουρος (τὴν τύχην λέγει) ἄστατον αἰτίαν προσώποις χρόνοις τόποις.

381 Galenvs de usu partium VII 14 t. III p. 571 sq. K. ὅπως οὖν ἐπηνωρθώσατο τοῦθ' ἡ φύσις ἐξευροῦσα σοφὴν μηχανήν, ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ἐβουλόμην ἤδη μοι λέγεσθαι, πρὶν τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀσκληπιάδην τε καὶ τὸν Ἐπίκουρον ἐπιτρέψαι ζητῆσαι, τίνα τρόπον ἂν εἴ περ αὐτοὶ κατέστησαν ἐν χώρᾳ τοῦ διαπλάττοντος τὰ ζῷα, τοῖς εἰρημένοις μυσὶν τῶν νεύρων μετέδοσαν. εἴωθα γὰρ οὕτω ποιεῖν ἐνίοτε καὶ συγχωρεῖν αὐτοῖς εἰς τὴν σκέψιν οὐχ ἡμερῶν μόνον ἀλλὰ καὶ μηνῶν ὁπόσον ἂν αὐτοὶ βουληθῶσιν ἀριθμόν. ἐπεὶ δ' οὐκ ἐγχωρεῖ πράττειν οὕτως ἐν γράμμασιν οὐδὲ τὴν ἐκείνων σοφίαν παραβάλλειν τῇ τῆς φύσεως ἀτεχνίᾳ καὶ δεικνύειν, ὅπως ἡ λοιδορουμένη πρὸς αὐτῶν ὡς ἄτεχνος φύσις εἰς τοσοῦτον εὐμηχανωτέρα φαίνεται τῆς σοφίας αὐτῶν, ὥστ' οὐδ' ἐπινοῆσαι δύνανται τῶν ἔργων αὐτῆς τὴν τέχνην, ἀναγκαῖον ἤδη μοι λέγειν τὰς μηχανὰς τῆς φύσεως.

idem de fetus formatione 6 t. IV p. 688 K. οὐ γὰρ δὴ τῆς ὀνομαζομένης φύσεως τὴν οὐσίαν, εἴ τ' ἀσώματός τίς ἐστιν εἴ τε σωματική, σοφίας εἰς ἄκρον ἥκειν ἐροῦσιν, ἥν γε μηδ' ὅλως ἔχειν φασίν, ⟨οὐδ'⟩ οὕτω τεχνικῶς ἐνεργῆσαι περὶ τὴν τῶν ἐμβρύων διά-

4 cf. Ep. ep. III 133 p. 65, 10 τὸ δὲ παρ' ἡμᾶς ἀδέσποτον. extrinsecus (scil. animo simulacris pulsato) uoluntatem repetit Lucr. IV 881 sq. has sententias quo modo conciliauerit Epicurus, ex reliquiis incerti π. φύσεως libri (cf. Gomperzius *sitzungsber.* t. 83, 95 *Wiener studien* I p. 28 sqq.) iudicare licet || 11 cf. Ep. ep. III 133 p. 65, 10 τὴν δὲ τύχην ἄστατον | 12 τόποις] τρόποις Stob. | 20 ὁπόσων edunt

πλασιν οἷόν τε πεισθῆναι. τοῦτο γὰρ Ἐπικούρου τε καὶ τῶν ἄνευ προνοίας ἅπαντα γίγνεσθαι νομιζόντων ἀκούοντες οὐ πειθόμεθα.

382 Aetivs II 3, 1 sq. p. 329 D. (Stob. ecl. ph. 21, 3 Plut. II 3) Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔμψυχον τὸν κόσμον καὶ προνοίᾳ διοικούμενον· Λεύκιππος δὲ καὶ Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος οὐδέτερα τούτων, φύσει δὲ ἀλόγῳ, ἐκ τῶν ἀτόμων συνεστῶτα.

Galenvs de usu partium XI 8 t. III p. 873 K. ἀλλὰ καὶ τὸ δῆσαι συνδέσμοις ἰσχυροῖς (τοὺς ὀδόντας) πρὸς τὰ φατνία καὶ μάλιστα κατὰ τὰς ῥίζας, ἵνα περ καὶ τὰ νεῦρα καταφύεται, πῶς οὐ καὶ τοῦτ' ἄν τις θαυμάζοι; καὶ πολὺ μᾶλλον εἰ τύχης ἐστὶν ἀλλὰ μὴ τέχνης ἔργον; ὃ δὲ δὴ πάντων μάλιστ' ἄν τις θαυμάσειε καὶ συγχωρήσας ἅπασαν ταῖς Ἐπικουρείοις ἀτόμοις καὶ τοῖς Ἀσκληπιαδείοις ὄγκοις τὴν ἔμπροσθεν εἰρημένην εὐτυχίαν, τοῦτ' οὐκ ἂν ἔτι συγχωρήσειεν, ἀλλ' ἐπιστήσειέ τε καί τινος ἐπιστάτου δικαίου μᾶλλον ἢ κινήσεως εὐτυχοῦς ἔργον εἶναι φήσειε, τὴν τῶν ὀδόντων ἰσότητα. ibid. p. 874 δεδόσθω δ' ὅμως καὶ ταῦτα ταῖς εὐτυχεστάταις ἀτόμοις, ἃς ἀλόγως μὲν ἐκεῖνοι κινεῖσθαί φασι, κινδυνεύουσι δὲ μᾶλλον Ἐπικούρου τε καὶ Ἀσκληπιάδου λελογισμένως πάντα διαπράττεσθαι.

Lactantivs diuin. instit. VII 3, 23 'reddant ergo isti rationem si possunt, cur (mundus) aut factus in principio sit aut postea resoluatur. quod quia docere non poterat Epicurus siue Democritus, sua sponte natum esse dixit seminibus inter se passim coeuntibus, quibus iterum resolutis discidium atque interitum secuturum. corrupit ergo quod recte uiderat, et totam rationem penitus ignorantia rationis euertit redegitque mundum et omnia quae in eo geruntur ad similitudinem cuiusdam uanissimi somnii, si quidem rebus humanis ratio nulla subsistat'.

383 Ivlianvs imp. orat. V p. 162[a] Pet. 210, 6 Hertl. εἶναί τι λέγομεν ὕλην, ἀλλὰ καὶ ἔνυλον εἶδος. ἀλλὰ τούτων εἰ μή τις αἰτία προτέτακται, λανθάνοιμεν ἂν ἑαυτοὺς εἰσάγοντες τὴν Ἐπικούρειον δόξαν· ἀρχαῖν γὰρ δυοῖν εἰ μηδέν ἐστι πρεσβύτερον, αὐτόματος πάντα φορὰ καὶ τύχη συνεκλήρωσεν.

Dionysivs episc. Eusebii praep. eu. XIV 24, 1 p. 773[d] πῶς αὐτῶν

12 ἁπάσαις editur | 13 ἔμπροσθεν] praecipue c. 7 p. 865 sq. || 33 πάντα] τις αὐτὰ libri

(τῶν περὶ Ἐπίκουρον) ἀνασχώμεθα τυχηρὰ λεγόντων εἶναι συμπτώματα τὰ σοφὰ δὴ ταῦτα καὶ καλὰ δημιουργήματα;

Proclvs in Plat. Tim. p. 80 med. τοῦτο δὲ τὸ ἀξίωμα τοῖς μὲν Ἐπικουρείοις καὶ πάντῃ προπεπηλάκισται τὸν ὅλον οὐρανὸν καὶ τὰ θειότατα τῶν φανερῶν ἀπὸ ταὐτομάτου ποιοῦσι.

id. p. 81 inf. ἀποροῦσι δέ τινες, ὅπως ὁ Πλάτων ἔλαβεν ὡς ὡμολογημένον τὸ δημιουργὸν εἶναι τοῦ παντὸς εἰς παράδειγμα βλέποντα, μὴ γὰρ εἶναι δημιουργὸν εἰς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον ὁρῶντα. πολλοὶ γὰρ καὶ τούτου προεστᾶσι τοῦ λόγου τῶν παλαιῶν· οἱ μὲν Ἐπικούρειοι καὶ πάντῃ τοῦ παντὸς αἴτιον οὐκ εἶναι φάσκοντες.

id. p. 82, 5 πόθεν δὲ τὸ κινεῖσθαι (τὸν κόσμον) ἐπ' ἄπειρον πεπερασμένον ὄντα; πᾶν γὰρ σῶμα πεπερασμένην ἔχει δύναμιν, ὥς φησι· πόθεν οὖν τὴν ἄπειρον ἔσχε ταύτην τοῦ εἶναι δύναμιν τὸ πᾶν, εἴ περ μὴ ἐκ ταὐτομάτου κατὰ τὸν Ἐπίκουρον;

cf. p. 108, 33 νοῦς γὰρ ὑπόκειται δημιουργὸς καὶ θεός, ἀλλ' οὐ τὸ αὐτόματον, ὥςπερ τινές φασιν.

id. p. 19, 14 θᾶττον γὰρ ἂν τὰς ἀτόμους Ἐπικούρου συνελθούσας ποιῆσαι κόσμον ἢ ὀνόματα ὡς ἔτυχε συγκείμενα καὶ ῥήματα λόγον κατωρθωμένον.

cf. Clemens Al. strom. V 14 p. 252, 41 Sylb. Ioannes Chrysost. in acta apost. hom. XXXVIII 2 t. IX p. 288[e] Montef. Scholion Gregorii Naz. editum ab Aen. Piccolominio *Estratti inediti* p. 25 n. 153 Seruius in Verg. Aen. X 467 Boethius in Arist. π. ἑρμην. ed. II l. III 9 p. 239, 25 Meis. cl. 193, 24 al.

DE RELIGIONE

384 Plvtarchvs contra Epicuri beatitudinem 8 p. 1092[b] ἐπεὶ δὲ τέλος ἦν τοῦ περὶ θεῶν λόγου (Ἐπικούρῳ) τὸ μὴ φοβεῖσθαι θεὸν ἀλλὰ παύσασθαι ταραττομένους, βεβαιότερον οἶμαι τοῦτο ὑπάρχειν τοῖς ὅλως μὴ νοοῦσι θεὸν ἢ τοῖς νοεῖν μὴ βλάπτοντα μεμαθηκόσιν.

ib. p. 1091[f] οὐδ' εἰ τὸ ἀλγεῖν καὶ φοβεῖσθαι τὰ θεῖα καὶ ταράττεσθαι τοῖς ἐν Ἅιδου κακόν, ἡ τούτων ἀποφυγὴ μακάριον καὶ ζηλωτόν.

385 Atticvs Eusebii praep. eu. XV 5 p. 800[a] ἤδη δὲ ταύτῃ γε καὶ

2 σοφὰ καὶ διὰ τοῦτο τὰ καλὰ libri, sed τὰ om DF | 10 αἴτιον] αἰωνίου Basil. | φασιν Bas. | 11 disputat contra Aristotelem | 13 φησι scil. Arist. | 17 habes quo simili Epicuri cosmogoniam refutare soliti sint, cf. Cic. de nat. deor. II 37, 93 Plut. de Pyth. or. 11 p. 399[e]

κατ' Ἐπίκουρον ὄνησις τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ θεῶν γίνεται· τὰς γοῦν βελτίονας ἀπορροίας αὐτῶν φασι τοῖς μετασχοῦσι μεγάλων ἀγαθῶν παραιτίας γίνεσθαι.

386 Philodemvs περὶ εὐσεβ. VH² ii 76, 1 p. 106 Gomp. καὶ τὸ μέγισ[τόν] φησι καὶ οἱονεί [τι] καθ'·ἡγεμονίαν [ὑπερ]έχον ἐκεῖν[ο εἶν]αι· πάντα γὰρ σο[φὸν] καθαρὰς καὶ ἁ[γν]ὰς δόξας ἔχειν [περὶ] τοῦ θείου καὶ [μεγ]άλην τε καὶ σε[μν]ὴν ὑπειληφέ[ναι] ταύτην τὴν φύσιν· ἐν δ[ὲ] ταῖς ἑορταῖς μ[ά]λιστ' ε[ἰ]ς ἐπίνοιαν αὐτῆς βαδίζοντα διὰ τὸ τοὔνομα πάντα ἀνὰ στόμ' ἔχειν π[άθ]ει σφοδ[ρο]τέρωι κατα[σχεῖ]ν τὴ[ν τῶν θεῶν ἀφ]θαρ[σίαν * *. cf. idem de musica VH¹ i c. 4, 6 τὰ δὲ τοσαῦτα λεγέσθω καὶ νῦν, ὅτι τὸ δαιμόνιον μὲν οὐ προσδεῖ[τ]αί τινος τιμῆς, ἡμῖν δὲ φυσικόν ἐστιν αὐτὸ τιμᾶν μάλιστα μὲ[ν] ὁσίαις [ὑ]πολή[ψ]εσιν, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς κατὰ τὸ πάτριον παραδεδομένοις [ἑ]κάστωι τῶν κατὰ μέρος. idem de deorum uictu VH¹ vi col. 1 * * τοῖς θεοῖς καὶ θαυμάζει τὴ[ν] φύσιν [αὐτῶν κ(αὶ)] τὴν διάθεσιν καὶ πειρᾶται συνεγγί[ζειν] αὐτῆι καὶ καθαπερεὶ γλίχεται θιγε[ῖν καὶ συ]νεῖναι, καλεῖ τ[ε] καὶ τοὺς σοφοὺς τῶν [θεῶ]ν φίλους καὶ τοὺς θεοὺς τῶν σοφῶν.

387 ἡμ[εῖς γοῦν] θύωμεν [ὁσί]ως καὶ καλῶς οὗ [καθ]ήκει, κα[ὶ τ]ἆλλα πάντα πράττωμεν [κα]τὰ τοὺς νόμους μ[η]θὲ[ν] ταῖς δόξαις α[ὐ]τοὺς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀρίστων κ[αὶ] σεμνοτάτων διαταράττοντες· [ἔτι] δὲ καὶ δίκαιο[ι ὦ]μεν ἀφ' ἧς ἔλε[γον δό]ξης· οὕτω γὰρ [ἐν]δέχεται φυσ[ικῶς] ζῆν ὁμοίω[ς] . . . [ἐ]ν ἧι διάξειν [φαί]νεται.
Philodemvs π. εὐσεβ. VH² ii 108, 9 p. 126 Gomp. πάλιν 'ἡμ[εῖς] . . . . θύωμεν φησίν . . . ως καὶ καλῶς κτλ.

1 hoc testimonio inlustrantur uerba Ep. ep. iii 124 p. 60, 10 sq. non recte a me in suspicionem uocata, cf. praef. || 5 ἐκεῖνο] εχειν Neap. in extremo uersu | 6 ἁγνὰς] α|..υς Neap. ἀ[κάκο]υς Buechelerus in Fleckeiseni ann. 1865 p. 538. sed adiectiuo in $\overline{ος}$ $\overline{ον}$ supplendo cum spatium uix sufficiat, Υ male lectum pro Α uidetur | 9 πι|.ει ut ante ε lunulae superioris uestigium appareat, charta | σφοδ . . τερωϲ charta. cetera plane incerta | 15 scil. ὁ σοφὸς || 19—22 cf. Buechelerus Fleck. ann. 1865 p. 539 sq. | 20 καὶ τἆλλα Gomperzius: κα . . αλω Neap. | 21 περὶ] περη Neap. | 22 διαταραττοντ . . . . et initio fenestrae sscr ε Neap., puto εϲετι correctum fuisse pro εϲτι | 24 ζῆν] την Neap. | διάγειν conicias aut διαζῆν | sequitur fr. 12

388 Εἰ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εὐχαῖς ὁ θεὸς κατηκολούθει, θᾶττον ἂν ἀπώλλυντο πάντες ἄνθρωποι, συνεχῶς πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατ' ἀλλήλων εὐχόμενοι.

GNOMOLOGION cod. Parisini 1168 f. 115ʳ Γνῶμαι ἐπικούρου MAXIMVS abb. gnomol. 14 p. 180 Turic. t. II p. 578 Combef. Ἐπικούρου.

389 DIONYSIVS episcopus π. φύσεως ap. Eusebium praep. eu. XIV 27, 10 p. 783ᵇ καὶ δὴ καὶ κατ' ἐκείνων τῶν μηδὲν πρὸς ἡμᾶς (θεῶν) ὅρκους τε καὶ ὁρκισμοὺς μυρίους τοῖς ἑαυτοῦ βιβλίοις ἐγγράφει, ὀμνύς τε συνεχῶς μὰ Δία καὶ νὴ Δία ἐξορκῶν τε τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ πρὸς οὓς διαλέγοιτο πρὸς τῶν θεῶν, οὔ τί που δεδιὼς αὐτὸς ἢ δεδιττόμενος ἐκείνους τὴν ἐπιορκίαν, κενὸν δὲ τοῦτο καὶ ψευδὲς καὶ ἀργὸν καὶ ἄσημον ἐπιφθεγγόμενος τοῖς λόγοις αὐτοῦ παράρτημα κτλ.

390 ORIGENES contra Celsum VII 66 p. 386 Hoesch. καὶ οὐ μόνον τὸ εὔχεσθαι τοῖς ἀγάλμασιν ἠλίθιόν ἐστιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ συμπεριφερόμενον τοῖς πολλοῖς προσποιεῖσθαι τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι, ὁποῖον ποιοῦσιν οἱ τὰ ἀπὸ τοῦ περιπάτου φιλοσοφοῦντες καὶ οἱ τὰ Ἐπικούρου ἢ Δημοκρίτου ἀσπαζόμενοι. οὐδὲν γὰρ νόθον χρὴ ἐνυπάρχειν τῇ ψυχῇ τοῦ ἀληθῶς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβοῦς.

391 LAERTIVS DIOG. II 97 ἦν δὲ ὁ Θεόδωρος παντάπασιν ἀναιρῶν τὰς περὶ θεῶν δόξας· καὶ αὐτοῦ περιετύχομεν βιβλίῳ ἐπιγραφομένῳ Περὶ θεῶν οὐκ εὐκαταφρονήτῳ, ἐξ οὗ φασιν Ἐπίκουρον τὰ πλεῖστα λαβόντα εἰπεῖν.

ORIGENES contra Celsum VIII 45 p. 419 Hoesch. ἀναπλάσματα μυθικά, οἷς οὐδ' Ἑλλήνων φιλόσοφοι αἱρέσεις πεπιστεύκασιν, ὥςπερ ἡ Δημοκρίτου καὶ ἡ Ἐπικούρου καὶ ἡ Ἀριστοτέλους.

cf. ibid. I 43 p. 33 εἰ μὲν ὁ ἀπιστῶν τῷ περὶ τοῦ εἴδους τῆς περιστερᾶς φάσματι τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀνεγέγραπτο Ἐπικούρειος εἶναι ἢ Δημοκρίτειος ἢ Περιπατητικός, χώραν ἂν εἶχεν ἀκόλουθον τῷ προσωποποιουμένῳ τὸ λεγόμενον.

392 PLVTARCHVS adu. Coloten 22 p. 1119ᵈ οὐκ ἄνθρωπον, ὦ Κωλῶτα, μὴ λέγειν 'ἀγαθὸν' οὐδὲ ἱππεῖς 'μυρίους' δεινόν ἐστιν, ἀλλὰ

1 κατηκολούθη Par. | 2 ἂν om Par. | ἀπώλλοιντο Par. ἀπόλοιντο Max. || 12 ψεῦδος ex libris Gaisfordus || 15 sq. cf. supra p. 103, 7 sqq. || 22 Ἐπίκουρον] Εὐήμερον FNietzsche mus. Rhen. t. XXV p. 231 turpi errore

τὸν θεὸν μὴ λέγειν θεὸν μηδὲ νομίζειν· ὃ πράττετε ὑμεῖς μήτε Δία γενέθλιον μήτε Δήμητρα θεσμοφόρον εἶναι μήτε Ποσειδῶνα φυτάλμιον ὁμολογεῖν ἐθέλοντες· οὗτος ὁ χωρισμὸς τῶν ὀνομάτων πονηρός ἐστι καὶ τὸν βίον ἐμπίπλησιν ὀλιγωρίας ἀθέου καὶ θρασύτητος, ὅταν τὰς συνεζευγμένας τοῖς θεοῖς προσηγορίας ἀποσπῶντες συναναιρῆτε θυσίας μυστήρια πομπὰς ἑορτάς.

Arrianvs Epict. dissert. II 20, 32 εὐχάριστοί γ' ἄνθρωποι καὶ αἰδήμονες, ⟨οἳ⟩ εἰ μηδὲν ἄλλο, καθ' ἡμέραν ἄρτους ἐσθίοντες τολμῶσι λέγειν, ὅτι οὐκ οἴδαμεν εἰ ἔστι τις Δημήτηρ ἢ Κόρη ἢ Πλούτων· ἵνα μὴ λέγω, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀπολαύοντες καὶ μεταβολῶν τοῦ ἔτους καὶ ἄστρων καὶ θαλάσσης καὶ γῆς καὶ τῆς παρὰ ἀνθρώπων συνεργίας ὑπ' οὐδενὸς τούτων οὐδὲ κατὰ ποσὸν ἐπιστρέφονται, ἀλλὰ μόνον ἐξεμέσαι τὸ προβλημάτιον ζητοῦσι καὶ τὸν στόμαχον γυμνάσαντες ἀπελθεῖν ἐν βαλανείῳ.

393 Aetivs (Plut.) I 8 p. 307 D. Περὶ δαιμόνων καὶ ἡρώων. .... Ἐπίκουρος δὲ οὐδὲν τούτων ἐγκρίνει.

Atticvs Eusebii praep. eu. XV 5, 10 p. 800ᵃ πρόνοιαν γὰρ ζητοῦμεν ἡμῖν διαφέρουσαν, ἧς οὐ μέτεστι τῷ μήτε δαίμονας μήτε ἥρωας μήτε ὅλως ἐπιδιαμένειν δύνασθαι τὰς ψυχὰς συγκεχωρηκότι.

394* Plvtarchvs de defectu oracul. 19 p. 420ᵇ Ἐπικουρείων δὲ χλευασμοὺς καὶ γέλωτας οὔ τι φοβητέον, οἷς τολμῶσι χρῆσθαι καὶ κατὰ τῆς προνοίας, μῦθον αὐτὴν ἀποκαλοῦντες. ἡμεῖς δὲ τὴν ἀπειρίαν μῦθον εἶναί φαμεν, ἐν κόσμοις τοσούτοις μηδένα λόγῳ θείῳ κυβερνώμενον ἔχουσαν, ἀλλὰ πάντας ἐκ ταὐτομάτου καὶ γεγονότας καὶ συνισταμένους. εἰ δὲ χρὴ γελᾶν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὰ εἴδωλα γελαστέον τὰ κωφὰ καὶ τυφλὰ καὶ ἄψυχα, ⟨ἃ⟩ ποιμαίνουσιν ἀπλέτους ἐτῶν περιόδους ἐπιφαινόμενα καὶ περινοστοῦντα πάντῃ τὰ μὲν ἔτι ζώντων, τὰ δὲ πάλαι κατακαέντων ἢ καὶ κατασαπέντων ἀπορρυέντα, φλεδόνας καὶ σκιὰς ἕλκοντες εἰς φυσιολογίαν, ἂν δὲ φῇ τις εἶναι δαίμονας οὐ φύσει μόνον ἀλλὰ καὶ λό-

15 de daemonibus cf. Plut. de def. orac. 20 p. 420ᵈ (Bernaysius ad Theophr. de pietate p. 140) ‖ 23 cf. fr. 369 | 27 ἃ ποιμαίνουσιν Wyttenbachius: ποῖ μένουσιν libri | 29 sq. cf. supra p. 164, 9 | 30 an ἀπορρέοντα? | 31 cf. Cassius τοῖς Ἐπικούρου λόγοις χρώμενος ap. Plut. uit. Bruti 37 δαίμονας δ' οὔτ' εἶναι πιθανὸν οὔτ' ὄντας ἀνθρώπων ἔχειν εἶδος ἢ φωνὴν ἢ δύναμιν εἰς ἡμᾶς διήκουσαν

γοις καὶ τὸ σῴζεσθαι καὶ διαμένειν πολὺν χρόνον ἔχοντας, δυσκολαίνοντες.

DE DIVINATIONE

395 Laertivs Diog. x 135 μαντικὴν δ' ἅπασαν ἐν ἄλλοις ἀναιρεῖ, ὡς καὶ ἐν τῇ μικρᾷ ἐπιτομῇ [fr. 27].

Aetivs (Plut.) v 1, 2 p. 415 D. Ξενοφάνης καὶ Ἐπίκουρος ἀναιροῦσι τὴν μαντικήν.

Cicero de nat. deor. ii 65, 162 ‘nihil tam inridet Epicurus quam praedictionem rerum futurarum’.

cf. de diuin. i 3, 5 ‘reliqui omnes praeter Epicurum balbutientem de natura deorum diuinationem probauerunt’.

ibid. ii 17, 40 ‘(Epicurus) circumitione quadam deos tollens recte non dubitat diuinationem tollere . . . illius enim deus nihil habens nec sui nec alieni negoti non potest hominibus diuinationem inpertire’. cf. ibid. i 39, 87. 49, 109. ii 17, 39. 23, 51.

Scholion Aeschyli Prometh. 624 Ἐπικούρειόν ἐστι δόγμα ἀναιροῦν τὴν μαντικήν· εἱμαρμένης γάρ, φησί, πάντα κρατούσης πρὸ καιροῦ λελύπηκας ⟨εἰπὼν τὴν συμφοράν⟩, ἢ χρηστόν τι εἰπὼν τὴν ἡδονὴν ἐξέλυσας. λέγουσι δὲ ὅτι καὶ ‘ἃ δεῖ γενέσθαι, ταῦτα καὶ γενήσεται’.

Origenes contra Celsum vii 3 p. 343 Hoesch. λέγομεν οὖν περὶ τῶν κατειλεγμένων χρηστηρίων, ὅτι δυνατὸν μὲν ἡμῖν συνάγουσιν ἀπὸ Ἀριστοτέλους καὶ τῶν τὰ τοῦ περιπάτου φιλοσοφησάντων οὐκ ὀλίγα εἰπεῖν εἰς ἀνατροπὴν τοῦ περὶ τῆς Πυθίας καὶ τῶν λοιπῶν χρηστηρίων λόγου· δυνατὸν δὲ καὶ τὰ λελεγμένα τῷ Ἐπικούρῳ καὶ τοῖς ἀσπαζομένοις αὐτοῦ τὸν λόγον περὶ τῶν αὐτῶν παραθέμενον δεῖξαι, ὅτι καὶ Ἑλλήνων τινὲς ἀνατρέπουσι τὰς νομιζομένας καὶ τεθαυμασμένας ἐν πάσῃ Ἑλλάδι θεοπροπίας.

cf. Lucianus Alexandri c. 17 ὥςτε πάνυ τὸ μηχάνημα ἐδεῖτο Δημοκρίτου τινὸς ἢ καὶ αὐτοῦ Ἐπικούρου ἢ Μητροδώρου ἤ τινος ἄλλου ἀδαμαντίνην πρὸς τὰ τοιαῦτα τὴν γνώμην ἔχοντος, ὡς ἀπιστῆσαι καὶ ὅ περ ἦν εἰκάσαι, καὶ εἰ μὴ εὑρεῖν τὸν τρόπον

1 δυσκολαίνοντας uolgabatur || 4 cf. Plut. adu. Col. 27 p. 1123[a] (p. 248, 5) Diogenianus Eusebii praep. eu. iv 3, 6 p. 137[d] cf. Euseb. l. s. 2, 13 p. 136[b] 3, 14 p. 139[b] al. | 18 εἰπὼν τὴν συμφοράν addunt scholia Byzantina | 21 λέγωμεν uolgo | 24 τοῦ Spencerus: τὴν τοῦ ceteri | 28 θεοπροπείας edunt

ἐδύνατο, ἐκεῖνο γοῦν προπεπεισμένου, ὅτι λέληθε μὲν αὐτὸν ὁ τρόπος τῆς μαγγανείας, τὸ δ' οὖν πᾶν ψεῦδός ἐστι καὶ γενέσθαι ἀδύνατον.

ib. 25 ὅλως δὲ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος αὐτῷ ὁ πόλεμος πρὸς Ἐπίκουρον ἦν. καὶ μάλα εἰκότως· τίνι γὰρ ἂν ἄλλῳ δικαιότερον προσεπολέμει γόης ἄνθρωπος καὶ τερατείᾳ φίλος, ἀληθείᾳ δὲ ἔχθιστος ἢ Ἐπικούρῳ ἀνδρὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καθεωρακότι καὶ μόνῳ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι; .... ὁ δὲ ἄτεγκτος Ἐπίκουρος — οὕτω γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζεν — ἔχθιστος δικαίως, πάντα ταῦτα ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ τιθέμενος.

ib. 61 ταῦτα, ὦ (Κέλσε) ... γράψαι ἠξίωσα ..... Ἐπικούρῳ τιμωρῶν ἀνδρὶ ὡς ἀληθῶς ἱερῷ καὶ θεσπεσίῳ τὴν φύσιν καὶ μόνῳ μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ ἐγνωκότι καὶ παραδεδωκότι καὶ ἐλευθερωτῇ τῶν ὁμιλησάντων αὐτῷ γενομένῳ.

Plutarchus de defectu oraculorum 45 p. 434[d] de Pythiae oraculis 7 p. 397[c] (cf. 5 p. 396[e]).

[adde quam de arte magica sententiam non Epicuri sed Epicureorum testatur Origenes contra Celsum I 24 p. 18 Hoesch.]

IV ETHICA

396 Lvcretivs vi 9

'nam cum uidit hic (Epicurus) ad uictum quae flagitat usus
omnia iam ferme mortalibus esse parata
et pro quam posset uitam consistere tutam,
diuitiis homines et honore et laude potentis
afluere atque bona gnatorum excellere fama,
nec minus esse domi cuiquam tamen anxia corda
atque animi ingratis uitam uexare *timore*
passimque infestis cogei saeuire querellis:
intellegit ibi uitium uas efficere ipsum
omniaque illius uitio corrumpier intus,
quae conlata foris et commoda cumque uenirent,
partim quod fluxum pertusumque esse uidebat,
ut nulla posset ratione explerier umquam,
partim quod taetro quasi conspurcare sapore
omnia cernebat quae cumque receperat intus.
ueridicis igitur purgauit pectora dictis
et finem statuit cuppedinis atque timoris
exposuitque bonum summum, quo tendimus omnes,
quid foret, atque uiam monstrauit, tramite paruo
qua possemus ad id recto contendere cursu . . .'.

cf. Horatius epist. i 2, 54

'sincerum est nisi uas, quod cumque infundis acescit.
sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.
semper auarus eget: certum uoto pete finem'.

8 *timore* Bernaysius: *querellis* libri ex proximo uersu intrusum | 10 similitudinem uasis statuo ab ipso Epicuro usurpatam, fortasse ex Bione sublatam: cuius quasi commentario uti licet uerbis Arriani Epictetei a Gellio xvii 19, 3 seruatis ἄνθρωπε, ποῦ βάλλεις; σκέψαι, εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον. ἂν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτὰ βάλῃς [βάλλῃς uolgo], ἀπώλετο· ἢν σαπῇ, οὖρον ἢ ὄξος ἐγένετο [γένοιτο uolgo] ἢ εἴ τι τούτων χεῖρον. cf. infra p. 285, 4 | 13 sq. cf. Lucr. iii 1008 sq. 936 sq. | 15 sq. cf. Horati uersus supra adscripti itemque Arrianus ad u. 10 | 20 non recte interpretatur Lachmannus p. 350, tu cf. sent. xxi. xv et fr. 417 p. 281, 23 sq.

397 CICERO de finibus I 9, 29 'Primum sic agam, ut ipsi auctori huius disciplinae placet: constituam, quid et quale sit id de quo quaerimus . . . ., ut ratione et uia procedat oratio. quaerimus igitur quid sit extremum et ultimum bonorum. quod omnium philosophorum sententia tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam. hoc Epicurus in uoluptate ponit, quod summum bonum esse uolt, summumque malum dolorem. idque instituit docere sic.

Omne animal simul atque natum sit, uoluptatem appetere eaque (30) gaudere ut summo bono, dolorem aspernari ut summum malum et quantum possit a se repellere: idque facere nondum deprauatum,

1 ut exiles librorum περὶ τέλους et π. αἱρέσεων reliquias supplerem, grauissima capita sermonis a L. Manlio Torquato habiti excerpenda esse putaui, quibus ethicae Epicureae summam se accuratius solito referre Cicero ipse indicat l. s. I 5, 13 'prima ueniat in medium Epicuri ratio, quae plerisque notissima est. quam a nobis sic intelleges expositam, ut ab ipsis qui eam disciplinam probant non soleat accuratius explicari' et quasi excusat his uerbis continuo subiunctis 'uerum enim inuenire uolumus, non tamquam aduersarium aliquem conuincere'. nimirum epitomam dogmatum ab amico aliquo Epicureo sibi scriptam inpetrauerat (cf. adn. p. 270, 12 et 271, 6). adnectit commentariolum fortasse eiusdem de amicitia (I 20, 65—70), quo opus erat propter grauem Antiochi disputationem II 24, 78 — 27, 85 expressam. de Epicureo illo coniecturam Hirzelius *unters. zu Cic. philos. schrr.* II p. 687 sqq. protulit | 5 ἐφ' ὃ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ πραττόμενα καθηκόντως τὴν ἀναφορὰν λαμβάνει, αὐτὸ δ' ἐπ' οὐδέν, ut est apud Arium Didymum Stobaei ecl. eth. p. 46, 8 Wachsm., similes definitiones idem dat p. 46, 5. 7 et 131, 3. cf. Aristot. met. α 2 p. 994ᵇ 9, infra 267, 10. aliter Epicurei teste Ario Didymo Stobaei ecl. eth. p. 46, 18 ὑπὸ δὲ τῶν νεωτέρων Περιπατητικῶν τῶν ἀπὸ Κριτολάου (τέλος λέγεται) 'τὸ ἐκ πάντων τῶν ἀγαθῶν συμπεπληρωμένον' . . . . . κρεῖττον οὖν ἦν εἰπεῖν ἀντὶ τοῦ 'συμπληρούμενον' 'ἐνεργούμενον', ἵνα τὸ χρηστικὸν τῆς ἀρετῆς ἐμφαίνηται. τοῦτο δ' οἱ κατ' Ἐπίκουρον φιλοσοφοῦντες οὐ προσδέχονται λέγειν 'ἐνεργούμενον' διὰ τὸ παθητικὸν ὑποτίθεσθαι τὸ τέλος, οὐ πρακτικόν· ἡδονὴ γάρ. ὅθεν καὶ τὴν ἔννοιαν ἀποδιδόασι τοῦ τέλους 'τὸ οἰκείως διατιθέναι ἐξ ἑαυτοῦ πρὸς αὐτὸ χωρὶς τῆς ἐπ' ἄλλο τι ἁπάσης ἐπιβολῆς' | 9 sqq. uid. fr. 66 et 398. praeiuerat Epicuro Eudoxus cf. Aristot. eth. Nic. K 2 p. 1172ᵇ 9 sqq. de Cyrenaicis uide Laert. Diog. II 88

ipsa natura incorrupte atque integre iudicante. itaque negat opus esse ratione neque disputatione, quam ob rem uoluptas expetenda, fugiendus dolor sit: sentiri haec putat, ut calere ignem, niuem esse albam, mel dulce: quorum nihil oportere exquisitis rationibus confirmare, tantum esse satis admonere . . . . . Etenim quoniam detractis de homine sensibus reliqui nihil est, necesse est, quid aut ad naturam aut contra sit, a natura ipsa iudicari. ea quid percipit aut quid iudicat quo aut petat aut fugiat aliquid, praeter uoluptatem et dolorem? . . . . .

(32) Sed ut perspiciatis unde omnis iste natus error sit uoluptatem c. 10
accusantium doloremque laudantium, totam rem aperiam eaque ipsa quae ab illo inuentore ueritatis et quasi architecto beatae uitae dicta sunt explicabo. nemo enim ipsam uoluptatem, quia uoluptas sit, aspernatur aut odit aut fugit, sed quia consecuntur magni dolores eos qui ratione uoluptatem sequi nesciunt. neque porro quisquam est qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet consectetur adipisci uelit, sed quia non numquam eius modi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quaerat uoluptatem. ut enim ad minima ueniam, quis nostrum exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur? quis autem uel eum iure reprehenderit, qui in ea uoluptate uelit esse quam nihil molestiae consequatur, uel illum, qui dolorem eum fu-
(33) giat quo ucluptas nulla pariatur? at uero eos et accusamus et iusto odio dignissimos ducimus, qui blanditiis praesentium uoluptatum deleniti atque corrupti, quos dolores et quas molestias excepturi sint, obcaecati cupiditate non prouident; similique sunt in culpa qui officia deserunt mollitia animi, id est laborum et dolorum fuga. et harum quidem rerum facilis est et expedita distinctio. nam libero tempore, cum soluta nobis est eligendi optio cumque nihil inpedit quo minus id quod maxime placeat facere possimus, omnis uoluptas assumenda est, omnis dolor repellendus. temporibus autem quibusdam et aut officiis debitis aut rerum necessitatibus saepe eueniet, ut et uoluptates repudiandae sint et molestiae non recusandae. itaque earum rerum hic tenetur a sapiente dilectus, ut aut reiciendis uoluptatibus maiores alias consequatur aut perferendis doloribus asperiores repellat. . . . . .

5 locum integrum dedi fr. 256 | 10 error] cf. Ep. ep. III 131 p. 64, 8 | 31 *depellendus* A

c. 11 Nunc autem explicabo, uoluptas ipsa quae qualisque sit .... non (37)
enim hanc solam sequimur, quae suauitate aliqua naturam ipsam
mouet et cum iucunditate quadam percipitur sensibus, sed maximam
uoluptatem illam habemus, quae percipitur omni dolore detracto.
nam quoniam, cum priuamur dolore, ipsa liberatione et uacuitate
omnis molestiae gaudemus, omne autem id quo gaudemus uoluptas
est, ut omne quo offendimur dolor, doloris omnis priuatio recte
nominata est uoluptas. ut enim, cum cibo et potione fames sitis-
que depulsa est, ipsa detractio molestiae consecutionem affert uo-
luptatis, sic in omni re doloris amotio successionem efficit uolup-
tatis. itaque non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem (38)
et uoluptatem. illud enim ipsum quod quibusdam medium uideretur,
cum omni dolore careret, non modo uoluptatem esse, uerum etiam
summam uoluptatem. quisquis enim sentit, quem ad modum sit af-
fectus, eum necesse est aut in uoluptate esse aut in dolore. omnis
autem priuatione doloris putat Epicurus terminari summam uolup-
tatem, ut postea uariari uoluptas distinguique possit, augeri ampli-
ficarique non possit. . . . . .

c. 12 Extremum autem esse bonorum uoluptatem ex hoc facillime per- (40)
spici potest. constituamus aliquem magnis multis perpetuis fruentem
et animo et corpore uoluptatibus, nullo dolore nec inpediente nec
inpendente, quem tandem hoc statu praestabiliorem aut magis ex-
petendum possimus dicere? inesse enim necesse est in eo qui ita
sit adfectus et firmitatem animi nec mortem nec dolorem timentis,
quod mors sensu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate
breuis soleat esse, ut eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem
alleuatio consoletur. ad ea cum accedit ut neque diuinum numen (41)
horreat nec praeteritas uoluptates effluere patiatur earumque assidua
recordatione laetetur, quid est quod huc possit, quo melius sit, ac-
cedere? statue contra aliquem confectum tantis animi corporisque
doloribus, quanti in hominem maximi cadere possunt, nulla spe
proposita fore leuius aliquando, nulla praeterea neque praesenti
nec exspectata uoluptate, quid eo miserius dici aut fingi potest?
quod si uita doloribus referta maxime fugienda est, summum pro-

11 cf. fr. 420 sq. | 12 *uidetur* libri: corr. Maduigius. eandem sententiam nouit et oppugnat Plato Philebi p. 43^{c}—44^{a} | 15 *omni* libri: em. Morelius | 25 sq. cf. Ep. sent. IV | 29 *quo* Muellerus: *quod* libri

fecto malum est uiuere cum dolore: cui sententiae consentaneum est ultimum esse bonorum cum uoluptate uiuere. nec enim habet nostra mens quicquam ubi consistat tamquam in extremo. omnesque et metus et aegritudines ad dolorem referuntur, nec praeterea
(42) est res ulla quae sua natura aut sollicitare possit aut angere. praeterea et appetendi et refugiendi et omnino rerum gerendarum initia proficiscuntur aut a uoluptate aut a dolore. quod cum ita sit, perspicuum est omnis rectas res atque laudabilis eo referri, ut cum uoluptate uiuatur. quoniam autem id est uel summum uel ultimum uel extremum bonorum (quod Graeci τέλος nominant), quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes, fatendum est summum esse bonum iucunde uiuere.

id qui in una uirtute ponunt et splendore nominis capti, quid c. 13
natura postulet, non intellegunt, errore maximo, si Epicurum audire uoluerint, liberabuntur. istae enim uestrae eximiae pulchraeque uirtutes nisi uoluptatem efficerent, quis eas aut laudabilis aut expetendas arbitraretur? ut enim medicorum scientiam non ipsius artis sed bonae ualetudinis causa probamus, et gubernatoris ars quia bene nauigandi rationem habet, utilitate, non arte laudatur, sic sapientia, quae ars uiuendi putanda est, non expeteretur, si nihil efficeret. nunc expetitur, quod est tamquam artifex conquirendae et
(43) conparandae uoluptatis . . . . nam cum ignoratione rerum bonarum et malarum maxime hominum uita uexetur ob eumque errorem et uoluptatibus maximis saepe priuentur et durissimis animi doloribus torqueantur, sapientia est adhibenda, quae et terroribus cupiditatibusque detractis et omnium falsarum opinionum temeritate derepta certissimam se nobis ducem praebeat ad uoluptatem. sapientia enim est una quae maestitiam pellat ex animis, quae nos exhorrescere metu non sinat, qua praeceptrice in tranquillitate uiui potest omnium cupiditatum ardore restincto. cupiditates enim sunt insatiabiles. quae non modo singulos homines sed uniuersas familias euertunt, totam
(44) etiam labefactant saepe rem publicam. ex cupiditatibus odia discidia discordiae seditiones bella nascuntur, nec eae se foris solum iactant

3 hiat disputatio, Ciceronis culpa an librariorum, mihi non liquet. de sententia cf. supra p. 264, 4 sq. 265, 6 sq. Arist. met. α 2 p. 994ᵇ 9 sqq. | 5 *aut tangere* libri: corr. Victorius | 10 cf. p. 264, 5 | 17—19 sumpta haec inductio ex Plat. rei p. I 15 p. 341ᶜ—342ᵉ. cf. fr. 504 | 20 uid. fr. 219

nec tantum in alios caeco impetu incurrunt, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident atque discordant, ex quo uitam amarissimam necesse est effici, ut sapiens solum amputata circumcisaque inanitate omni et errore, naturae finibus contentus sine aegritudine possit et sine metu uiuere. Quae est enim aut utilior aut ad bene (45)
uiuendum aptior partitio quam illa qua est usus Epicurus? qui unum genus posuit earum cupiditatum, quae essent et naturales et necessariae; alterum, quae naturales essent nec tamen necessariae; tertium, quae nec naturales nec necessariae. quarum ea ratio est, ut necessariae nec opera multa nec inpensa expleantur * *. ne naturales quidem multa desiderant propterea quod ipsa natura diuitias quibus contenta sit et parabiles et terminatas habet, inanium
c. 14 autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inueniri potest. quod si (46)
uitam omnem perturbari uidemus errore et inscientia sapientiamque esse solam, quae nos a libidinum impetu et a formidinum terrore uindicet et ipsius fortunae modice ferre doceat iniurias et omnis monstret uias quae ad quietem et tranquillitatem ferant, quid est cur dubitemus dicere et sapientiam propter uoluptates expetendam et insipientiam propter molestias esse fugiendam?

eademque ratione ne temperantiam quidem propter se expetendam (47)
esse dicemus, sed quia pacem animis afferat et eos quasi concordia quadam placet ac leniat. temperantia est enim quae in rebus aut expetendis aut fugiendis ut rationem sequamur monet. nec enim satis est iudicare quid faciendum non faciendumue sit, sed stare etiam oportet in eo quod sit iudicatum. plerique autem quod tenere atque seruare id quod ipsi statuerunt non possunt, uicti et debilitati obiecta specie uoluptatis tradunt se libidinibus constringendos nec quid euenturum sit prouident ob eamque causam propter uoluptatem et paruam et non necessariam et quae uel aliter pararetur et qua etiam carere possent sine dolore, tum in morbos grauis, tum in damna, tum in dedecora incurrunt, saepe etiam legum iudiciorumque poenis obligantur. qui autem ita frui uolunt uolup- (48)
tatibus, ut nulli propter eas consequantur dolores, et qui suum iudicium retinent, ne uoluptate uicti faciant id quod sentiant non esse faciendum, ii uoluptatem maximam adipiscuntur praetermittenda

1 sq. cf. p. 272, 15 sqq. | 10 intercidit colon, quo cupiditates naturales nec necessariae definitae erant

uoluptate; idem etiam dolorem saepe perpetiuntur, ne si id non faciant, incidant in maiorem. ex quo intellegitur nec intemperantiam propter se esse fugiendam temperantiamque expetendam, non quia uoluptates fugiat, sed quia maiores consequatur.

(49) eadem fortitudinis ratio reperietur. nam neque laborum perfunctio c. 15
neque perpessio dolorum per se ipsa allicit nec patientia nec assiduitas nec uigiliae nec ipsa quae laudatur industria, ne fortitudo quidem: sed ista sequimur, ut sine cura metuque uiuamus animumque et corpus, quantum efficere possimus, molestia liberemus. ut enim mortis metu omnis quietae uitae status perturbatur, et ut succumbere doloribus eosque humili animo imbecilloque ferre miserum est, ob eamque debilitatem animi multi parentes, multi amicos, non nulli patriam, plerique autem se ipsos penitus perdiderunt, sic robustus animus et excelsus omni est liber cura et angore, cum et mortem contemnit, qua qui adfecti sunt in eadem causa sunt qua ante quam nati, et ad dolores ita paratus est, ut meminerit maximos morte finiri, paruos multa habere interualla requietis, mediocrium nos esse dominos, ut si tolerabiles sint, feramus, si minus, animo aequo e uita, cum ea non placeat, tamquam e theatro exeamus. quibus rebus intellegitur nec timiditatem ignauiamque uituperari nec fortitudinem patientiamque laudari suo nomine, sed illas reici quia dolorem pariant, has optari quia uoluptatem.

(50) iustitia restat, ut de omni uirtute sit dictum, sed similia fere c. 16
dici possunt. ut enim sapientiam temperantiam fortitudinem copulatas esse docui cum uoluptate, ut ab ea nullo modo nec diuelli nec distrahi possint, sic de iustitia iudicandum est, quae non modo numquam nocet cuiquam, sed contra semper *inpertit* aliquid cum sua ui atque natura quod tranquillet animos, tum spe, nihil earum rerum defuturum, quas natura non deprauata desideret. *et* quem ad modum temeritas et libido et ignauia semper animum excruciant et semper sollicitant turbulentaeque sunt, sic *inprobitas si* cuius in

15 cf. fr. 495 | 19 cf. Philodemus de morte VH[1] IX fr. IV (Buechel. mus. Rhen. XV 291 sq.) [ὥς]πε[ρ θ]εάματος ἀπιέναι μεστόν, floril. Epicteteum Wachsmuthii *studien z. d. gr. floril.* p. 185 n. 114 Ἐκ τῆς εὐτυχιας ὥςπερ ἐκ θεάτρου πολλοὺς ἐξανέστησεν ἡ Τύχη. aliam similitudinem habes fr. 499 | 27 *impertit* suppleuit Muellerus | 29 *et* restituit Lambinus | 31 *inprobitas si* inseruit Maduigius

mente consedit, hoc ipso quod adest turbulenta est. si uero molita
quippiam est, quamuis occulte fecerit, numquam tamen id confidet
fore semper occultum. plerumque inproborum facta primo suspi-
cio insequitur, dein sermo atque fama, tum accusator, tum iudex.
. . . quod si qui satis sibi contra hominum conscientiam saepti (51)
esse et muniti uidentur, deorum tamen horrent easque ipsas solli-
citudines, quibus eorum animi 'noctisque diesque' exeduntur, a
dis inmortalibus supplici causa inportari putant. quae autem tanta
ex inprobis factis ad minuendas uitae molestias accessio potest fieri
quanta ad augendas cum conscientia factorum tum poena legum
odioque ciuium? . . . . . inuitat igitur uera ratio bene sanos ad iu- (52)
stitiam aequitatem fidem. [neque homini infanti aut inpotenti iniuste
facta conducunt, qui nec facile efficere possit quod conetur nec
obtinere, si effecerit, et opes uel fortunae uel ingeni liberalitati
magis conueniunt.] qua qui utuntur, beniuolentiam sibi conciliant
et, quod aptissimum est ad quiete uiuendum, caritatem, praesertim
cum omnino nulla sit causa peccandi. quae enim cupiditates a na- (53)
tura proficiscuntur, facile explentur sine ulla iniuria: quae autem
inanes sunt, iis parendum non est. nihil enim desiderabile concu-
piscunt, plusque in ipsa iniuria detrimenti est quam in iis rebus
emolumenti, quae pariuntur iniuria. itaque ne iustitiam quidem recte
quis dixerit per se ipsam optabilem, sed quia iucunditatis uel plu-
rimum adferat. nam diligi et carum esse iucundum est propterea,
quia tutiorem uitam et uoluptatum pleniorem efficit. itaque non ob
ea solum incommoda, quae eueniunt inprobis, fugiendam inprobi-
tatem putamus, sed multo etiam magis, quod cuius in animo uer-
satur, numquam sinit eum respirare, numquam acquiescere.

quod si ne ipsarum quidem uirtutum laus, in qua maxime cetero- (54)

4 *index* A | 7 colorem Cic. ab Ennio ann. 338 Vahl. mutuatur | 12 *neque* . . . 15 *conueniunt* inclusi non quod pro spuriis haberem, sed quod non suo sunt loco posita. ita ea pertinent ad superiora § 51, ut sequentia l. 15 sq. ad liberalitatem (l. 15) nequeunt, debent ad iustitiam (l. 12) referri, cf. l. 17. uidetur igitur Cicero additamentum ex margine epitomae arripuisse et inscite interposuisse. nam unde traiectum librariorum culpa existimemus, locum frustra circumspexeris | 15 sq. cf. Plato rei p. I p. 351d ἡ δὲ δικαιοσύνη ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν (παρέχει) | 23 sq. cf. Ep. sent. XXVII sq. XXXIX | 24 *uoluptatem* libri: corr. Muellerus

rum philosophorum exsultat oratio, reperire exitum potest, nisi derigatur ad uoluptatem, uoluptas autem est sola, quae nos uocet ad se et alliciat suapte natura, non potest esse dubium, quin id sit summum atque extremum bonorum omnium beateque uiuere nihil aliud sit nisi cum uoluptate uiuere.

(55) Huic certae stabilique sententiae quae sint coniuncta, explicabo c. 17
breui. Nullus in ipsis error est finibus bonorum et malorum, id est in uoluptate aut in dolore, sed in iis rebus peccant, cum e quibus haec efficiantur ignorant.

animi autem uoluptates et dolores nasci fatemur e corporis uoluptatibus et doloribus. . . . quamquam autem et laetitiam nobis uoluptas animi et molestiam dolor adferat, eorum tamen utrumque et ortum esse e corpore et ad corpus referri,

nec ob eam causam non multo maiores esse et uoluptates et dolores animi quam corporis. nam corpore nihil nisi praesens et quod adest sentire possumus, animo autem et praeterita et futura. ut enim aeque doleamus, cum corpore dolemus, fieri tamen permagna accessio potest, si aliquod aeternum et infinitum inpendere malum nobis opinemur. quod idem licet transferre in uoluptatem, ut ea
(56) maior sit, si nihil tale metuamus. iam illud quidem perspicuum est, animi maximam aut uoluptatem aut molestiam plus aut ad beatam aut ad miseram uitam adferre momenti quam eorum utrumuis, si aeque diu sit in corpore.

6 — p. 272, 12 magnae inscitiae specimen hic Cic. dedit, dum appendicem disputationi de finibus in illa epitoma similiter atque in summario Laertii Diog. x 136 sq. subiunctam exprimit non intellectan . uersantur enim haec omnia in Epicuri cum Cyrenaicis controuersia, id quod Hirzelium *unters.* II p. 675 sqq. non latuit. at latuit Ciceronem adeo ut non uideam qui rationem consiliumque argumentorum potuisset non nosse, si plenam scriptoris Epicurei disputationem ante oculos habuisset. sequitur ut epitoma usus sit, in qua capita quinque Cyrenaicos inpugnantium grauissima breuiter ut scienti indicata essent | 7 uel prima sententia contra Aristippeos uertitur, cf. Laert. Diog. II 89 δύνασθαι δέ φασι καὶ τὴν ἡδονήν τινας μὴ αἱρεῖσθαι κατὰ διαστροφήν | 10 de secundo argumento cf. fr. 451 | 14 tertium argumentum, quode cf. fr. 452, Cicero inepte cum secundo copulauit | 17 *aeque doleamus animo cum* libri: glossema detexit Maduigius

non placet autem detracta uoluptate aegritudinem statim conse-
